
BILLICHIUS.

DE
VANITATE
MED:
CHYM:

1643










WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ANTONII GÜNTHERI BILLICHII THESSALUS IN CHYMICIS REDIVIVUS

id est,

De

Vanitate Medicinæ Chymicæ, Hermeticæ seu Spagyricæ,

DISSERTATIO.

Eiusdem

ANATOMIA

FERMENTATIONIS PLATONICÆ.

ACCESSERUNT

De eadem

HERMANNI CONRINGII EXERCITATIONES

&

DANIELIS SENNERTI Epistola.

Francofurti ad Mœnum,

Impensis JOANNIS BEYERI,

Typis CASPARIS RÖTELII.

M. DC. XLIII.



Cl. Viro

WILHELMO ERNESTO SCHEFFERO,

Philoſopho & Medico excellentiſſimo, inclytæ Reipublicæ Francofurtanæ ad Mœnum Practico primario,

Amico veteri & honorando

THESSALUM SUUM REDIVIVUM dat, dicat, addicat

Antonius Güntherus Billichius, Archiater Oldenburgenſis.

THESSALUM meum in lucem emiſſuro mihi, & cuinam is commodùm inſcriberetur, deliberanti; tu, mi Scheffere; in primo ſtatim cogitationis ictu occurriſti. Neque enim ab amicitiæ officijs alienũ exiſtimabam, ut nomina noſtra, quæ jam quatuor luſtra &

amplius privatâ tum animorum tum studiorum similitudine coaluissent, publico aliquo monumento consociarentur. Et esse in primis ipsum illud, quod tracto, argumẽtum eiuscemodi, ut, quia nos, dum in artis medicę operibus ambo versamur, non leviter exercuisset, par omninò videretur, si quod in illo precium operæ fecissemus, eius fructum utriusq; communem haberi, & æquis partibus ad te meq; pertinere. Quin imò totum etiam vendicare tibi per me licet, quod & optimo jure potes;

Ni refugis, tenuesq; piget cognoscere curas.

Tu enim non modò resuscitandi Thessali author mihi suasorque potissimus extitisti, verùm etiam, quum jam in vitam redux domi meæ latere quàm foràs prodire mallet, minimè cessasti, quantum me ad scribendum principiò animaveras, tantum posteà ad maturandam editionem cohortari. Proinde nec gravatè feres, peramanter rogantem, ut quâ animi promptitudine illum defero, eadem abs te recipiatur, & siquidem expectationi ac spei tuę minus respondet, conatui tamen non usque adeò illaudabili perbenignè ignoscas;

nec

nec voluntatis alacritatem dedignere, ubi infirmos ſub ſarcinâ humeros labare ac fathiſcere conſpexeris. Idque eò faciliùs abs te impetravero, quod longo rerum uſu & multijugâ induſtriaque artis pœoniæ exercitatione optimè didiceris, quàm ſpiſsâ caligine circumfundatur univerſa naturæ contemplatio: in quâ quoniam oculatiſſimum quemque cæcutire aut ceſpitare uſuvenit, nec miraberis, opinor, nec indignaberis, ſicubi, dum aliorum vanitates executio, mihi quoque aliquid adhæſiſſe vanitatis animadverteris, & â Theſſalo reviviſcente contraxiſſe, quod indolem Theſſalicam magis quàm Hippocraticam ſapiat. Tametſi namque nihil mihi Theſſalico ingenio ſit inviſius, ipſumque adeò Quercetanum, ubi Theſſalici nominis honorificam mentionem facit, id Galeni odio, non Theſſali meritis dediſſe arbitrer: Nolim tamen pertinaciùs inficiâri, culpâ forte meâ Theſſalum meum commiſiſſe, quod ſi non Theſſali temeritatem omni ex parte referat, videri tamen poſſit, à Proclo potiùs aliquo, aut Rhegino, aut Eudemo, aut Mnaſæo, aut Philone, aut Dionyſio, aut Menema-

cho, aut Apollonidâ, aut Olympico, aut Sorano, aut Juliano, aut quovis alio Themiſonis alumno, quam Hippocraticæ diſciplinæ ſectatore profectum. Hujus monetæ cenſeri ante omnia poſſe: quod de elementis eorumque potentiis, quod de mixtione, deque mixti tùm formâ, tùm facultatibus, tùm paſſionibus Theſſalus meus diſſerit. Etenim quãtum Hippocratis vibex, quum principia Hippocratica deletum iret, exorbitavit in defectu, tantum in exceſſu Theſſalum meum, dum ad elemẽtorum œconomian reducere univerſum Chymiæ ſuppellectilem audet, deliquiſſe judicabunt, qui mediam ingreſſi viam, ut ne vel nimis vel minùs elementis tribuerent, omni ſtudio cavere voluerunt. Quorum rationibus nec ego quicquam derogabo, dummodo licitum mihi ac permiſſum ſit, ut miſtionem ita & miſta, quà miſta, in elementorum ditionem præcisè transſcribere, acceptaque unicè referre primis contrarietatibus, quæ in ſimplice generatione & corruptione ultimæ elementorum differentiæ, imò verò ſubſtantiæ ſunt, nec materiam tantùm miſtis ſubſternunt, ſed & formam:

per quam mista sunt, ex semetipsis merito mixtionis elicitam in mistum conferunt. Mistis quidem, quæ animata sunt, divinius aliquod principium deberi non ignoro, quanquam hoc quoque ipsum in immensum elementorum promum condum, è quô primitùs prodijt, ultimâ tandem dissolutione reverti, (si unam exceperis animam rationalem) nulla nos absurditas vetet credere: At verò quæ vel inanimata sunt, ut metallorum, lapidum, fossiliumq; species: vel exanimata, ut cadavera, caro morticina, & alia huiusmodi: Eorum omnium, meâ opinione, nulla alia substantia est, quā simplicium, quæ in mixtis partim actu sunt, quia alterata tantùm, non corrupta: partim verò potentiâ, quia non integra, redintegrari nihilominus apta. Non sunt autem integra, quia non perficiunt totam materiam, sed secundùm partem, unde orta est refractio. Plures autem elementorum actus in unum veniunt, quia eorum contrarietates aptæ natæ sunt eandem materiam secundum partem perficere, ut ex duobus dimidijs fiat integrum, aut secundùm aliam quampiam proportio-

nem, veluti quum ex extremis componitur medium. Medium autem omnium naturam extremorum retinet. Ideoque mista quum sint media inter calidum & frigidum, humidum & siccum, naturam participant omnium elementorũ: quorum actus quamvis immutentur, potentiæ tamen nunquam pereunt, nec virtutes tantum eorum, verum ipsæ etiam remanent substantię quanquam non actu absoluto, sed secundum certam & definitam mixtionis proportionem modificato. Hæcque adeò proportionata modificatio mixtis in animis pariter atque exanimis locum aliquem in scala substantiæ prædicamentali concesserit; At in schola naturali vel potius transnaturali caro mortua non nisi ęquivocè caro, non nisi æquivocè substantia est: imò quicquid est, totum elementorum est, quibus cætera etiã mixta inanima, quicquid possunt, consimili ratione debent, ut ob id ea nõ magis quàm carnem mortuam substantijs annumeranda censuerit CL. Cæsalpinus, nunquam mihi sine honorifica nominis præfatione appellandus. Neque verò est, quod mirandas agendi & patiendi vires, abstrusosq; misto-

ſtorum conſenſus ac diſſenſus quiſpiam obiiciat, quorum originem aliunde atq; ab elementis arceſſere oporteat. Quoniam facilis eſt reſponſio, ſive miſcibilia ſive ipſam mixti formam reſpicias. Nam ſecundùm miſcibilia certa datur menſura mixtionis juxta diverſos intenſionis ac remiſſionis gradus ; ſecundum formã mixti certus habetur numerus ac mẽſura alterationis, quæcunq; autem menſurã huiuſmodi & terminum inſequuntur, quum propria ſint uniuſcuiuſq; mixtionis, ea formæ quidem mixtionis & toti ſubſtantiæ tribuuntur: Attamen à certo potiùs atq; indicibili uniuſcuiuſq; mixtionis numero, à certâ & proportionata numeri efficaciâ dependent. Hoc nimirum fundamentum præſupponit Theſſalus meus, cui fidenter innixus, tum etiam propriis Chymicorum hypotheſibus fretus, nihil addubitavit cum natura componere artem, & nova pharmaca ad veterem medendi methodum exigere, majore forſan effectu quàm profectu, quum in proclivi ſit, bonam cauſam malè agendo perdere, veluti Galenus, quũ adverſus Lycum diſputaret, in Hippocrate, quem tuebatur, ſemetipſe deſe-

fuit. Quicquid huius erit, agnoscere quàm excusare malle, humanum vero est, nec Coâ institutione indignum. Sane equidem non minùs Hippocraticum est, veri investigationi posthabere omnia, quàm judicij difficultatem, experientię fallaciam, errandi proclivitatem, errorum conscientiam, quum assequi veritatem nequeas, liberè & ingenuè fateri. Id enim sibi voluit venerandus senex, ubi illum medicum, qui parum peccet, vehemẽter laudat, ubi exactam certitudinem raró cerni, quodque est certissimum semper assequi difficile esse, ac neque se quantumvis jam senem ad artis medicæ summam pervenisse, neque etiam ipsius inventorem Æsculapium, sed & ipsum à se in multis dissensisse cõstanter asseveravit. Illud verò & præcepto sanxit, quum nos jussit doctrinam nostram repurgare ad lucem veritatis, cui exposita pseudjatrῶn dicta factaque taliter omninò se prodere scripsit, qualiter aurum adulterinum, quum probatur igni. Denique & exemplo firmavit præceptum, quando in Cnidias sententias animadvertit, quorum illo ævo non minor proculdubio authoritas fuit, quã hodie-

dieq; est sectæ ejus, quæ credi vult universæ medicinæ summum fastigium imposuisse, & valetudini humanæ opem attulisse propè divinam. Tantò utiq; rigidiorem merita censuram, quantò immodestiùs artem omnium nobilissimam profanavit. Authore namque Galeno, Cnidij cum alijs Medicorum scholis de Apollinis Æsculapijque disciplina tum exercendâ, tum verò semper augendâ ac pro viribus perficiendâ; honesto planè laudabiliq; æmulationis genere contendebant. A quibus lõgè diversi sunt Chymicorum mores, lõgè diversa studia: utpote qui non nisi ostentatione artis manifesta & portentosa scientiæ venditatione turgescunt. Adde liberam animarum negociationem, & rapaces nundinas pendentibus fatis, & preciosam mortis arram, & arcana præcepta, per quæ omnia effectum est, ut nihil magis juvare videatur, quàm quod Chymicorum è sanctuarijs depromptum est, tamque attonita quorundam animos persuasio occuparit, ut prodesse nisi Chymica non putent. Palàm enim est, ut quisquis inter Chymicos gloriando & jactando polleat, imperatorẽ ilicò vitæ nostræ necisq;

con-

constitui, eiq; tam facilè credi, quàm temerè is adjurat, quum sit periculum nullo in mendacio majus. Discere periculis nostris, & experimenta per mortes agere, neq; legem esse, quæ puniat inscitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ. Hęc similiaq; alia quum in sui sæculi medicos gravissimè declamantem lego Plinium, puto dicta & Chymicis, quibus ad amussim congruunt,

Crede, & salvus eris. promissis certa fides. nam
Cum te interficient, morbo curaberis omni.

Atq; idcircò, quod ex Catonis oraculo de Græcis subjunxit Plinius, huc etiã referre non dubito, neq; sine causa arbitror: *Satis esse ingenia Chymicorum inspicere non perdiscere.* Ita faciamus, CL. Scheffere, & non ęquo tantum, verum grato etiam animo patiamur nobis à sapiente viro hanc poni insaniæ æquè amabilis ac perniciosæ metam: In quâ si sistere pedẽ quàm proferre maluerimus, credamus utique, consilium nos nec pœnitendum nec infructuosum cepisse. Vale. Dabam Oldenburgo VII. Non. Julii, Anno cIɔIɔcxxxvIII.

CA-

CAPITA THESSALI,

Procemion.

Caput I.

Num Alchymia habeat propriam rationem, per quam ab aliis scientiis distinguatur, & in certa specie collocetur? Negatur adversus Ioannem Beguinum.

II.

An Aristoteles Stagirita fuerit Chymicus? Affirmatur contra Quercetanum.

III.

Docetur, principia operationum Chymicarum esse quatuor elementa, horumque qualitates.

IV.

Vtrum ignis sit elementum, nec ne? Prius adseritur adversus Quercetanum.

V.

An elementa eorumq; facultates sint agentia καθ' ἐντελέχειαν, eo sensu quo ἐντελέχειαν accepit Quercetanus? Affirmatur contra Quercetanum.

VI.

Examen argumentorum, quibus Quercetanus elementorum actiones καθ' ἐντελέχειαν suam impugnat.

VII.


An planta vel stirps, quando in cinerem comburitur, formam plantæ vel stirpis amittat? Affirmatur adversus Quercetanum.

IIX.

Formæ ac modi operationum Chymicarum traduntur

ſpiritus, ſpiritibus.p.157.l.8.pro exprim.inprim.p.61.l.9.pro robore, rubore p.166.l.25.pro vetitus, veritus.p.169.l. 7.pro poni, pomi.l.25.pro atq;, absq;.l.33. beneficia, benefica.p.170. l.7.pro & par, ex par.p.71.l.5.pro dent, demi.p.173.l.28. pro idipſum, ipſum, p.174.l.16.pro eſt, eſſe.l.28.pro corpori, corporei.pag.175.l.11.pro iſtis, ipſis.l.25.venoſi, venoſa.l.27.optari, aptari.p.180 l.25.pro nec, ne.p.181.l.19.pro corolatam, coloratam.p.183.l.penultima, pro eſſenſificato, eſſenſificatus.pag. 186.l.3.pro falſus, faſſus.p.187 pro uſi, uſu p.192.l.13.pro deſperat.depurat.p.197.l.6.pro Gluckradius, Gluckradij.pag. 206.l.6.pro reſolvit, abſolvit.p.209.l.12.pro macera, matura.l.23.pro digeſti, digeſtio.p.215.l.15. pro offerre, offerat.p. 216.l.27.pro Quercetano, Quercetani.l.30.pro crudo, crudũ. p.220.l.9.pro Coſta, Coſta.p 221.l.27 pro qui, quo.p. 222.l. 21.pro omnes, omnia.p.223.l.18.pro expedi, impedi.p.229.l.5. pro ad ſal.p.232.l.8.pro iatrocinus, iatronicus.p.237 l. 7.pro mea, meta.p 239.adde eſt, mea recepti: quicquid tamẽ meum eſt, id.p.242.l.9.pro fremento, fermento p.262.l.22.pro qui, quid l.24 pro acotor, acetor.p.263.l.6 pro Et, Ex: p.267.l. 29.pro per, par.p.272.l.24.pro eſt, abeſt.p.275.l. 14.pro ſuũ, quam.l.22.pro enim, enim ubi.l.23.mixtion, mixtio.p. 238. l.17.pro miſtum, muſtum.p 283.l.11.pro ſit, ſi.l. 12. negaret, negare.l.13.ut, &. pag.285.l.4.pro & ſine, eſt ſine.pag. 288. l.4 pro quam, quum.l.6.unanim, anim. p. 290.l.15.pro meũ merum.p.291.l.17.pro expr.exprim.p. 292.l. 17. pro Non, Nam.l.27.pro dedit, deſit, p.296.l.25.pro quando, quantò.p. 299.l.19.pro quantum, quantus.p.304.l.30.pro enim, eum. p.307.l.26.pro unam, ſuam.p.306.l.8.pro Galeni, Galenus.

In



In THESSALVM REDIVIVUM PROOEMION.

1 DE Thessalo scribit Plinius, illum cuncta maiorum placita delevisse, & rabie quadam in omnes ævi medicos perorasse. Occultâ fati vi evenisse arbitror; ut una ætas & facem hostemque generi humano terrisq; venenum dederit, simul & medicinæ pestem attulerit, quovis Nerone immaniorem. Quasi verò pati sanctissima artium nequeat; quin societas mali pertingat etiam ad rempublicam. Certè enim non minus interetat boni universi, occidere Thessalum, quam Neronem occidi, quòd ille de salute singulorum luderet in toto, hic de salute totius in singulis: sic concertantibus inuicem in mortalium perniciem studijs vtriusque, vt cum jus vitæ necisque vnus sibi per principatum vsurparet, alter perprofessionem arrogaret, crediderim non plus virium Neroni ad necandum fuisse, quàm animi ad nocendum habuerit Thessalus. Quem nemo putet frustra debacchatum fuisse, etiamsi insaniam eius Galenus obtuderit. Nam neque cum authore extinctus est furor efferus, neque cum cineribus obrutus in

via Appiâ: Quin potiùs perinde ac Nerones re
divivos ſecula ſequentia viderunt, ita minim
dubium, quin Theſſali quoque genius ab infe
ris redux tranſilierit ad poſteros, quum vel no
ſtro hoc ævo reperire ſit, in quibus quaſi pytha
goricâ metempſychoſi renatus videatur. H
ſunt, qui ab authore, quem fingunt, Hermetic
ab arte, quam jactitant, chymici vel ſpagyric
cognominari volunt, factio eò impudentio
Theſſalo, quod vivi pro epinicio circumſonêt
quod mortuus pro epitaphio vſurpauit.

2. Verum enimverò, quod de Germanis au-
thor nobilis prodidit, eos triumphatos magis
quàm victos fuiſſe: Id ego de vetere medicina
eamq; profeſſis affirmabo, ne ſeciùs Theſſal
quàm C. Cæſaris ingentes minas in ludibrium
verſas. Hoc autem non tam mirabor ol m fa-
ctum, quam fore, ut & nunc fiat, ſperabo. Sene-
ca mihi in mente, cuius hoc oraculum eſt: Ne-
minem poſſe perſonam diu ferre. Ficta citò in
naturam ſuam recidere; quibus veritas ſubeſt;
quæque ex ſolido enaſcuntur, tempore ipſo in
maius meliusque procedere. Ea diſciplina, quæ
adverſus Aſclepiadeorum, Eraſiſtrateorum, Di-
atritariorum, Herophiliorum, Pneumaticorũ,
Empiricorum, Methodicorum, ſimiliumq; in-
iurias inviolabilis perſtitit, non deſinet in poſte-
rum decus ſuum tueri, tumque demum novitijs
inanitatibus dabit manus, quùm ſtolidis opi-
nionibus ſolida ratio, & vanæ magniloquentiæ
ſana experientia ſuccubuerit. Poteſt altos duce-
re Spiritus theſſalica progenies, ſed non diutur-

nos

nos: quò impensiùs inflatur, eò citiùs detumescet, nec quę Quercetano totius medicinæ imperatrix dicitur, perennabit in solio, quod ex eruditæ antiquitatis spolio sibi extruxit, sed in fumum cineresque suos, è quibus temere prosiluit, turpiter relabetur. *Præf. in lib. de prisc. medicin.*

3. Quanquam enim huius sectæ asseclas tum compendij rationem, tum medicinæ invictam efficaciam, tum naturæ optatissimum solatium; cum summā omni medicinę profectionem attulisse, Quercetanus glorietur: Non est tamē difficile tā ex Quercetano, quam ex asseclis, notare in summâ perfectione summum defectum, notare in optatissimo solatio calamitosissimas ærumnas, notare in invictâ efficacia inertem ignaviam, denique in compendio dispendium non inevidens animaduertere. Hoc disceptationis præsentis argumentum est: quod quia succinctâ perspicuitate absolvere constitui, nolo prolixiore præloquio lectorem detinere, sed Tullii præceptum, Beguini exemplum secutus, ab ipsâ statim ordiar definitione: Vnde cætera omnia, quæ ad institutum pertinent, certa cathenataq; serie deducam. *l. citati.*

CAPUT I.

Negatur adversus Ioannem Beguinum Alchymiam habere propriam rationem, per quam ab aliis scientiis distinguatur & in certâ specie collocetur.

4. QVum omnes omnino disciplinæ, quæcunque vel humanâ industriâ repertæ,

vel divinitus revelatæ ſunt, ſuis & finibus diſt[i-]
minentur & terminis diffiniantur: Vni Chym[iæ]
diverſum accidere video, falliq; mecum omn[es]
quotquot peculiarem illi locum inter artes [&]
ſcientias aſſignant. Quanquam enim inter p[ra-]
cticas diſciplinas ac artes Beguinus eam rece[n-]
ſuerit: Si tamen quæ de naturâ atque eſſentiâ
iuſdem à Beguino traduntur, attentiùs intue[or,]
nihil impedire arbitror, quominus per fine[m]
ſuum pharmaciæ inſeratur, per obiectum ve[rò]
tota redigatur in ditionem ſcientię naturalis.

Lib. 1. Tyroc. cap. 1.

5. Dabimus Beguino, finem eum chym[iæ]
eſſe proprium, vt medicamenta ſuaviora, ſa[lu-]
briora & tutiora concinnet: hoc quoque i[a]
modo largiemur, quod infra ex profeſſo neg[a-]
turi ſumus, eam, quæ promittit præſtare, & fe[li-]
citer pertingere, quò acriter adſpirat: Verun[ta-]
men quid Quercetano interea reſpõſuri ſum[us]
qui non ſatis inde cauſſæ eſſe putat, quare no[væ]
arti fundamenta protinus iaciantur: ſufficere[t]
iam antiquitùs conſtitutæ ornamentum dun[ta-]
xat atque incrementum eo ipſo afferri ſtatuat[?]
Qui & alibi diſertè affirmavit, pharmacopo[eiam]
nihil niſi nomine ſolò à ſpagiricâ differre: vt p[er]
Quercetanum iam liberè nobis pronunciare [li-]
ceat, alienum eſſe finem, cui ars famoſa ſubſ[er-]
viat.

Def. Herm medicin. pag. 79.

Pharmac. dogm. reſtit. cap. 2.

6. Eandem etiam obiectum prorſus n[on]
ſuum occupaſſe, Beguinus nos inſcius licet in[-]
vitusque edocebit. Etenim corpus mixtu[m]
quòd chymiæ Beguinus ſubdidit, iuris eſſe ph[y-]
ſici norunt, qui per tranſennam ſaltem philoſ[o-]
phiam

phiam naturalem introſpexerunt: quum proculdubio eiuſdem ſcientiæ ſit, quæ de corpore naturali agit, agere etiam de corpore mixto, quæ de genere præcepit, præcipere de ſpeciebus, & ab univerſalibus ad particularia deſcendere. Nec datur conſiderãdi modus, per quem à corpore naturali mixtum abſtrahatur, & ad operas chymicas contrahatur.

7. Ideoque ſatis immatura fuit Beguini ſubtilitas, quæ corpus, quà mobile, phyſicæ adiudicavit; Idem verò, quà ſolubile ac coagulabile, chymicis mancipavit ſudoribus. Nam quatenus ſolubile quidquam ac coagulabile eſt, eatenus eſt & mobile. Solutio quippe ac coagulatio in motuum genere, interque eas alterationis ſpecies, quæ in tertia qualitatis ſpecie uſuveniunt, citra controverſiam continentur. Huc accedit, quod, ſolubile eſſe, coagulabile eſſe, paſſiones ſint humidis aridiſque corporibus debitę, quarum poſſeſſione nec phyſicè ſe patitur exui, nec Ariſtoteles, qui in quarto meteorologico ex profeſſo exq; abundanti de ijs commentatur.

8. Nec obſtat, quod Beguinus ſolutionem ſuam non coagulationi, pro eo ac æterna contrariorum lex iuſſerat, ſed miſtioni oppoſuerit. Illa enim ſolutio, per quam occidit miſtum, ut oriantur principia, mutatio eſt ſubſtantialis, ſpecieſq; motûs, ſi non eius, qui in quinto phyſicorum ſtrictè ac præcisè traditur, comprehenſa tamen ſub amplâ illâ ac lætâ motûs notione, quam in definitione naturæ intellexit peripate- *Lib. 1. Tyroc. cap. 2.*

ticorum princeps. Quod si iam misti dissolutio physicæ iure bono eripitur; quis ipsam vt[illegible] mistionem afferri vetet? Opposita namque su[illegible] eandem cadunt scientiam, & de vtraq; coniun[illegible]ctim à philosopho actum esse, in primo quar[illegible] meteorologici cernitur.

9. Quo fit, vt concludamus, habitâ obiecti ratione, fieri non posse, vt à scientiæ natural[illegible] amplexu chymia divellatur. Quin imò, si vn[illegible] cum obiecto, actiones quaslibet, quibus obje[illegible]ctum exercetur, consideres: non iam dubitabis, opinor, amplius, quin à quarto meteorologic[illegible] chymia non aliter ac à corpore suo vmbra dependeat.

CAPVT II.

An Aristoteles Stagirita fuerit chymicus: Affirmatur contra Quercetanum.

10. AUdiat hoc Quercetanus, qui plures Aristoteles commētus est, vnum Stagiritem, alterum chymicum & vere philosophum, quem ceu Persea quendam Gorgoni armatum in aciem produxit, vt non modò adversarium suum inani terriculamento obstupefaceret, sed & Stagiritæ alumnum juberet in chymicorū cœtu æternum conticescere. Veruntamen tam ineptè ille geminavit Aristotelem, quam iniquè chymiæ peritiâ fraudavit illum, qui Scaligero in Heroibus dicitur

Excurs. in Riolan. pag. 7.

Penes Deos homo, penes homines Deus.

Potuerat judicij tum audaciam compescere, tum

rum pravitatem corrigere, niſi animo chymicis nebulis obfuſcato excidiſſet, nobilis illa meteorologias peripateticæ coronis, quæ fundamentum chymiæ fundumq́;, quavis gemmeâ Hermetis tabulâ certiùs complectitur, inſtarq́; gazophylacij reconditas aſſervat opes, præ quibu hoc ævo vetus omnis philoſophia ac medicina putet ac ſordet.

11. Negemus, artem calluiſſe, qui artificibus dedit, quo ſuperbiunt, quem ipſe Quercetanus vnà cum Zoroaſtre, Democrito, Pythagorâ, Platone, Anaxagorâ, atq́; infinitis alijs ſummis philoſophis chymicorum ordini inſeruit. Certè equidem, quæ apud Ariſtotelem principia ſunt ad demonſtrandum, chymici receperunt ut media ad operandum: quæ illic pro affectionibus habentur, hîc tranſierunt in operationes: Ipſum verò ſubjectum, quod demonſtrationi illîc ſubſtat, hîc materiam omnem, cui opifex inſudat, largâ ſatis manu ſubminiſtravit: ac ne operum quidem formæ, quæ hic emergunt, illic ſuppreſſæ ſunt. *Def. Herm. Med. p. 290.*

12. Principia operandi quærimus? Illa in ipſo protinus frontiſpicio nominati ſui de Miſtis opuſculi & cognoſcenda, & numeranda, & manibus palpanda dedit philoſophus: *ὧν τὰ μὲν δύο ποιητικά, τὸ θερμὸν καὶ ψυχρόν. τὰ δὲ δύο παθητικά, τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν.* Ex quorum ſyzygiis elementorum quaternionem & hic conſtituit, &, ut ſignificat, alibi (utpote in ſecundo de generatione & corruptione capite ſecundo) firmiter determinavit.

13. Ope-

13. Operationum formas ſcire diſcupis: Haſce in genere quidem definivit τὰς ἐργασίας τῶν ποιητικῶν, καὶ τῶν παθητικῶν τὰ εἴδη. At mox ad ſpecies progreſſus, γένεσιν primò enumerat & φυσικὴν μεταβολὴν eiq; oppoſitam φθορὰν, καῦσιν, σέψιν: hinc πέψιν prodire facit, ſuis ſtipatam filiabus, puta πεπάνσει, ἑψήσει, ὀπτήσει. Ab activorum effectibus ad paſſivorum affectus divertit, & quâ dexteritate illorum vires deſcripſit, eâ horum quoq; vices exponere pergit, ubi frequens mentio τοῦ ξηραίνεσθαι, τοῦ ὑγραίνεσθαι, τῆς διαχύσεος, τῆς τήξεος ἅμα ἢ πήξεος, τοῦ λύεσθαι, τῆς παχύνσεος, μαλάξεος, θυμιάσεος, & cœterorum id genus, quo chymicorum libri omnibus & paginis & lineis perſtrepunt.

14. Vin' etiam Stagiritâ magiſtro objectum artis cognoſcere? Id verò ipſum prorſus inimitabili accuratione expreſſum invenies. In primo quidem capite obſcurius: αὗται μὲν οὖν τοῖς τε φυτοῖς ὑπάρχουσι, καὶ ζώοις καὶ τοῖς μέρεσιν αὐτῶν. At in decimo & duodecimo diſtinctiſſime & dilucidiſſimè tùm quid per τὸ αὗται, intelligat, quid τοῖς μέρεσιν inſinuet, explanavit, tum etiam τὰ μεταλλευόμενα τοῖς ζώοις ἢ φύτοις aſſociando, noluit quidquam deſiderari eorum, quæ ad objecti complementum quoquo modo pertinerent.

15. Denique nec operum formas reticuiſſe miremur, qui operationum ipſarummet ſpecies ac naturam operâ non perfunctoria proſecutus eſt. Namq; nec in Lycéo inaudita ſunt, τίτανος καὶ τέφρα, ex cinere κονία, ex lixiuio ἁλῶν πλῆθος.

16. Nec

16. Nec, quæ innominata sunt, incognita statim sunt, quum in suis caussis deliteant, è quibus eruere ea & in apricum protrahere, nostra potissimum interest, qui non alio ex fonte spagiricen universam derivamus. Estq; minimè arduus labor, demonstrare, quod perinde atq; in quarto meteorologico primas ac postremas elementa eorumq; asseclæ tenent, ita quoq; iisdem ipsis negocium omne artis conficiatur. Excutiemus ad fundum usq; technurgian, ut per ipsos technitas in propatulum veniat assertionis prolatæ veritas.

CAPUT III.

Docetur, principia operationum chymicarum esse quatuor elementa, horumq; qualitates.

17. ALchymia, inquit Quercetanus, seu Spagirica utitur septem operibus ac veluti gradibus, quibus tanquam organis quibusdam necessarijs rerum transmutationes instituit atq; perficit: Septem autem isti operationum gradus sunt: Calcinatio, Digestio, Fermentatio, Distillatio, Circulatio, Sublimatio, Fixatio. Quas si elementis eorumq; qualitatibus, à quibus proficiscuntur, ordine reddiderimus, nihil utiq; injuriæ fiet artificibus, quorum hac in re fidem & sequimur & interponimus. *Pharmac. restit. c. 4.*

18. Quod ergò ad *calcinationem* primò attinet: illius historiam Beguinus cum scholiaste suo recitare jubeantur: Si quæ fusè exararunt, cō traxerint in summulam, nil profectò audies, *Lib. 1. Tyroc. cap. 3. Gluckrad. p. 44. 48. 54. 55.*

præter vim violentiamq; ignis, ignitionem, incinerationem, vivam flammam, combustionem, ignem in foco actualem, in corrosivo potentialem, corrosionem in humido & sicco, causticorum catalogum, interq; hæc recensitum & hydrargyrum: certè recenseri meritum, quippe cuius compertam in dissolutionibus metallicis potestatem Quercetanus igni eiusdem interno haut obscurè attribuat, igni quin etiam devoranti æquiparet, ut videas, minimè errasse Galenum, sicubi fortè causticis annumeraverit hydrargyrum, quicquid sibi contra velit. H. Mercurialis, qui Fallopium secutus, Galeni loco impegit mendum, hydrargyriq; ex causticorum albo expungendi author & suasor non alia de causa extitit, quàm eâ, quod Galenus se hydrargyri experimentum habere negarit, quem tamen de re sibi inexpertâ potuisse ex aliorum observationibus vero docere consentanea, nec dictu nec creditu absurdum est. Calcinationis ergo cuiuscunq; opificem pleno unanimiq; ore celebrant ignem: Nec secius formalem calcinationis rationem in privatione constituunt humiditatis superfluæ, partes consolidantis, essentialis, accidentalis, elementaris, aqueæ, partes misti copulantis, in desiccatione humiditatis nativæ: nihil deniq; nisi ignem spirant, nisi humorem crepant, quo per ignem ablato, abolito, consumpto, pulso aridus emergat cinis, cinerisque ideam referens pulvisculus siccus.

Conf. de lue ven. pag. 363.

Alexic. p. 403. lib. 4. Simpl. c. 19.

l. 4. pract. cap. 6.

19. Pergamus ad *Digestionem*, quam non nisi calido & humido ijdem quos citavi authores &

Quercetanus insuper dige sserunt. Hoc enim sibi vult analogia cibi ad coctionem adspirantis quâ Beguinus digestionem effigiavit: hoc vnicũ mariæ balneum vel saltem cacabus plenus aquâ, quæ vel tepida vel calida ad ignem, si opus sit, reddi possit, quibus ad digestiones opus esse nequaquam dissimulavit Quercetanus. 1. Tyroc. c.4.

20. Proximam à digestione sedem *Fermentatio* occupavit, non tam collocantis arbitrio, quàm collocatarum merito: quod tam arctâ cognatione mutuò devinctæ sint, ut, authore Beguino, medij vicem in fermentatione sit digestio: me verò judice, nec sine digestione fermentatio, nec sine fermentatione digestio, atq; adeò neutra sine calido & humido. Pharm. rest. cap.6.

21. Cœterum hæ duæ operationes prodromi utplurimùm sunt futuræ *Distillationis*: quæ idcirco eas ponè sequitur. Si quid quantumve in hac sibi elementa vendicent, me interroges: Pro responso tria tibi verba dabo: principium, medium, finem. Principium in igne & calore elucet humidas partes in halitus extenuantibus, specieq; vaporis elevantibus. Medium suppeditat humor, unde vapores surriguntur halitusq; suscitantur. Frigus demq; operi imponit finẽ vapores cõgelans halitusq; cogens ac densans. Beguinus verò ulterius progressus est, atq; ex calido & frigido differentias formales distillationi posuit: docuitq; nõ tantũ ignis ope humores pellere forâs, verũ etiã absq; igne per colũ traijcere liquores aquosos & in aëre vapido & frigido humidoq; loco sales salsuginosasq; calces colliquefac-

facere. Licet illi etiam ſpacioſius proferre diſtillationis pomœria, dummodo absq; elementorum præjudicio id, quod & facit, faciat.

22. Coincidit cum diſtillatione *Circulatio*, tantumq; abeſt, ut diſtinctum ab illa gradũ conſtituat, ut ab ipſo Quercetano diſtillationi ſuccenturietur tanquam pars vel certè haut abſimilis operatio. Quorſum etiam idem author *Exaltationem, Exhalationem, Rectificationem*, *Cohobationem* rettulit. In quibus etſi quæ ad deſtillationẽ concurrunt, cuncta apparent: Solus tamen calor eminet, idem & exaltationis artifex, & exhalationis ſuſcitabulum, & circulationis author, & rectificationis magiſter, & cohobationis adminiſter, adde verò & ſublimationis architecton dædaleus.

23. Neq; verò hoc extra propoſiti metam, quum in ſcalâ Quercetani *Sublimatio* in ſexto gradu conſederit, neq; ipſa multùm à diſtillatione differat, ſi abſtuleris humidum & ſiccum. Solo enim limite hoc eas tum Quercetanus diſcernit, tum Beguinus, tum hujus interpres, tum quotquot inſuper hoſce ſequuntur. Cætera omnia communia cum deſtillatione habet, ambiens ſcilicet frigus, exhalationes tàm humidas quàm ſiccas corporare natum: nec ignem tantùm ſed & ignis gradus, quos ex Geberi doctrinâ ſcholiaſtes Beguini non aliter ſublimationi, quam deſtillationi Quercetanus accommodavit.

Gluckrad. pag. 60.

24. Supereſt *Fixatio*, quæ, uti ex Beguino diſcimus, res ignem fugientes per ignem vexat, vt ini-

in igne fixæ perseverent. Hoc enim significant medicinæ fixę additio, hoc misturæ, sublimationes, cæmenta, cæteraq; edocent, quibus ad ignis patientiam, quæ ab igne resiliunt, indurescere coguntur.

25. Nec verò si per plures operationum gradus Quercetanus incesserit, propterea elementorum merita credemus imminutum iri: Quin potiùs eò ampliora atq; illustriora fore, quò auctior chymia locupletiorq; evaserit. Quapropter pati non possum, uti ex chymia partum vipereum faciat Quercetanus, vel viperam potius ipsam, quæ ut Nicander cecinit,

—————————mariti

Ora fovet lambitq; diu compressaq; tandem
Colla secat: Tali prægnans de semine gestat
Progeniem, matris fraudes, cædemq; parentis
Vlturam, fractâ cum mox prorumpit ab alvo:

Chymiaq; adeò det ispessum elemẽtis, à quibus prolem suscipit & spiritum vitamq; trahit, gloriosum plus nimis verticem extollat. maximè, quia ipsus nobis porrexit spongiam, qua inustas elementis maculas jam mox abstergere aggredimur. Quas & tolli inprimis opus est, antequam ad alia progrediamur. Nisi enim in integrum elementa restituantur, quæ hisce superstruitur disputatio omnis propria levitate corruitura est.

CAPUT IV.

Vtrum Ignis sit elementum, nec ne? Prius adseritur adversus Quercetanum.

26. HIc verò ante omnia mihi ad partes vocandus est *Ignis:* utpote quem summæ

rerum

rerum suarum chymici nostri præfecerunt: à quo & appellationem arti suæ indiderunt, quasi quæ græco nomine magisterium ignis profiteretur. Hunc enim quavis Vestali relligiosius colit, focisq; custodit multiformibus, in hoc comparatis, ut ingenio ignis serviant, & potentiæ ponant modum, sive incendio atq; æstu opus sit, seu fervefieri quidquam aut intepescere expediat. Hac de causa factum, ut certis cancellis, quasi habenis quibusdam, ignis coërceretur, in quorum rectâ applicatione & dextro moderamine consistit potissima artis peritia.

27. Eos autem quaternario comprehensos, eum in modum Quercetanus digessit, ut *primum* esse lentum dicat, qualis sit ignis balnei aut vaporis: *secundum* in cineribus constituat: *tertium* ex arenâ & scobe ferri condat: *quartum* nudum faciat, & ut alij loquuntur, apertum ac patentem: distributione equidem non satis accurata quippe in quâ pars redundet, pars deficiat.

28. Nam cineritius non minus ad arenosum reduci potest, quàm sabulum cum stomomate in vnum coijt. Quandoquidem quæ est ratio arenæ & scobis ferreæ ad ignem nudum & ad balneum: Eadem est & cinerum inter duo hæc extrema, conditio, ut videlicet per contrariam qualitatem à balneo: ab igne verò nudo per solum distinguatur agendi modum: qui in nudo est absq; medio efficax; in cineribus, arena, stomomate nô nisi medij interventu rem pro virili gerit. Hoc autem non aliter se habere, præter rationem experiētia etiam docet, quoniam no-

stro

ſtro ævo cinereus obſolevit, ferreus deſiit, jamque unum ſabulum amborum vice fungitur.

29. Mirum verò, quod in hac graduum enumeratione *Veſicæ* prorſus oblitus ſit Quercetanus: Quam ego nullus dubito peculiarem cõſtituere gradum, quũ ſub nullo datæ diſtributionis mẽbro contineatur. Nam cineribus, ſabuloq; ſtomomati, nudo igni, perinde ac balneum adverſatur: At verò à balneo iiſdẽ intervallis, quibus nudus à ſtomomate, arena & favillis diſſidet.

30. Ex quâ proportione non inelegans dichotomia naſcitur, quæ quaternario Quercetani feliciùs omnem pyrotechnias apparatum ob oculos ponat. Quum enim duplex ſit ignis, *Vdus*, & *Aridus*: ſi vtrumque rurſus in duo tribuamus, atque vt dictum, vnum *mediatum*, alterum *immediatum* faciamus: futurum vtique erit, vt res ab ipſis principiis arceſſatur, & ex duplicato binario emergat, non minus naturæ quam arti accommodatus quaternarius. Qui ab una quidem parte ignem humidum mediatum in balneo, eundem immediatum in veſicâ collocaturus ſit: At ab alterâ, ſiccum mediatum ſub capellâ arenoſâ accenſurus, ſiccum, qui ſine medio furit, effræni immiſſurus reverberio.

31. Hæc que adeò artis vniuerſæ culina eſt; in qua elixa eius aſſaque omnia percoquuntur. Eamobrem non tantum deſtillationi, cui gradus ſuos Quercetanus (non ſine lapſu tamen, quum ſecundo & tertio diverſa aſſignarit munia) aptavit, verum etiam reliquis quibuſcunque operationibus idonea. Nam ſi veſicam exceperis (cu-

ius nullus prorsus extra destillationem usus est: cætera tria, balneum puta, reverberium prom... scuam operam tum sublimationibus, tum desti... lationibus, calcinationibus, digestionibus, tum si quæ sunt præterea functiones, quibus ars pri... mariò absolvitur, navant: vt intelligas, si vno ca... rendum sit igni; prorsus de arte actum esse, cui i... ignem abstuleris, afferres pariter è mundo so... lem.

Defens. hermet. med. p. 137. Excurs. in Riol. p. 13.

32. Pro tot tantisque beneficijs, quæ vniuers... sam tantum non artem exhauriunt, hic est ho... nor igni à Quercetano habitus, vt cum infami... iussus sit ab elementorum consortio facessere... quasi qui nihil fructuum utilium progignat; i... etiam, quod utile, corrumpat, & ad extremum... interitum perducat: qui noverca non mater fru... ctuum sit, destruere pronior quàm fovere; cu... nefas sit laudes formandi, generandi, augend... asscribere: à quo aliquid elementorum mo... produci nemo nisi insanus asserere audeat. Pl... nius ignem contrarium naturæ elementum ap... pellavit: cuius interpretem videtur agere Quer... cetanus, iactis in ignem eiusmodi conuicijs... quæ satius erat à quovis alio quam Quercetan... proferri. Quomodo enim non ignem feriant... sed in artem, in naturam, denique in authore... ipsum recidant, si tantam litem fas est mihi sol... vere, dicam.

33. Nihil, inquit, fructuum vtilium progi... gnit ignis. Atqui si hoc verum est, concludam... ego, pyrotechnian aranearum telas texere; &... cassas nuces vendere. Quorsum namque attinet...

ba...

bat, de tot aquarum, tot liquorum, tot præpa- *Pharmac. rest. cap. 4. in fine.* rationum generibus, quæ vel priscis, si reviviscerent, miraculo futura essent; & vel Hippocratem vel Aristotelem vel ipsum etiam Galenum obstupefactura, tanto opere tanto impendio gloriari: si tot ornamentis, quibus aucta atque illustrata, tot novis inventis, quibus ditata, tot mirificis operationibus, quibus confirmata celebratur, vnius sententiolæ ictu præciditur jugulum? Si ignis non nisi carnifex, tyrannus, corruptor, vastator, frugiperda: nemo credat ignis cultricem quidquam aliud, quam maleficia, exitia, interneciones, corruptelas; & quicquid igne dignum est, meditari ac machinari.

34. Quanquam nec illi contradixerim, qui putet, Quercetanum non serio excanduisse in ignem, quia nam statim defervuit æstus, fervorque immensus sponte suâ intepuit atque evanuit. Videlicet pro indole genioque ignis flexit *Excurs. in Riolan. p. 13.* iudicium, quando ingenuè fatetur; eum quam vtilissimum esse; cum eius moderata administratio possit externi & topici remedij; quibusdam in rebus vsum eumq; maxime necessarium præbere. Hoc enim frigus corporis obrigens extrinsecus temperari aut etiam propulsari; carnes, pisces, & mille alia coqui & præparari in salubriorem vsum. Inde forte est, quod artis cul- *Libr. de prisc. med. p. 28.* toribus occinit illud veterum Philosophorum, COQVE COQVE & iterum COQVE: istud suum CALCINA, CALCINA & in cinerem redige: quod alibi asseveret artificem externo igne o- *Tetrad. c. XXXII. p. 428. 429.* mnes actiones imitari ac perficere; quas natura

in suis operationibus adhibet, vt maturitatem & perfectionem, rebus omnibus, quas produ-cit, conciliet. Sic mundum & elementa eius i-gnis interventu transitura esse atque etiam re-novanda & à pristinâ formâ in cristallinam lon-gè perfectiorem puriorem & nobiliorem ac æ-ternùm durabilem commutanda. Huc apprime facit & illud, quod Germanos suis hypocaustis ad temperandum frigus aëris vti scribat, vt illis hyems vernum tempus nec non æstivum refe-rat. Neque id tantum in domicilijs suis, sed te-tis campis moliri, vt acrimoniam frigoris mu-tis fructibus noxiam moderentur. Hoc se Hey-delbergæ & Cassellis in hortis principum vidis-se, vbi magna fiat lignorum strues, quæ in hy-pocaustis quatuor angulorum horti, vt aër illi-us loci temperetur, opportunè incendatur, vt hybernis etiam diebus mala medica, granata aut punica, cum limonibus ac ficubus conspici-antur florere ac maturescere, usq; adeò ut in hyeme quidem nati fructus à Galliæ Narbonen-sis fructibus bonitate vincantur. In responsione ad Aubertum asseverat, in toto lapidis philoso-phici licet magno opere vnicam esse operatio-nem, vnicam viam, rem vnam, vas vnum, solum ignem solamq; fornacem, idq; omnes philoso-phos vno ore fateri, illumq; adeò naturalem es-se, constare ex efficiendi ratione, qvum median-te agete naturali, igne scilicet conficiatur. Neq; verò illud prætereundum, quod toto capite vi-cesimo tertio defensionis hermeticæ medicinæ Quercetanus contendat, ignis vi & calcination-

Diatet. Polyhist. Sect. 2. cap. 3. pag. 198.

pag. 57. 58.

non absorberi humidum primigenium, sed validiores omnes tincturas ac impressiones rerũ, nec nõ potentissimas illarũqualitates ac potestates, quales sunt sapores, odores, colores, imò etiam formas ipsas atq; id genus alia in sale cineritio, etiamsi vehementissimis calcinationibus exercito, nequaquam obliterari ac intercidere; sed potius lucem inde ac vires magis magisque capessere.

[*Plutarchus 7. Probl. Sympos. 4. Ignem ait, symbolum esse totius universi reverentiæ. Nihil enim ad animati naturam accedit propiùs, quam ignis, qui sua sponte & movetur & nutritur, suoq; splendore illustrat cuncta atq; manifestat, veluti Anima; Cuius dum extinguitur & interit, vis vel maximè elucescit, quâ vivifici principij non est expers: vociferatur enim & stridet, quando interit, seseq; vindicare conatur, non aliter atq; animãs quippiam violẽta nece sublatum iugulatumq;.*]

35. Te talia proferentem, Quercetane, oportet recantare opprobria, quibus ignẽ onerasti, agnoscere laudes, quibus eundẽ honorasti. Neq; enim quum terræ fructus suos relinqueres integros, quum aquæ tot pisces, mineralia, metalla, splendidas ac pretiosas gemmas, lapides, coralia & id genus sexcenta grata acceptaque ferre, quum aërem roribus, mannis, aërijs mellibus; therenia bin, & nostoch varijs generibus fæcundares, quum cœlum denique ipsum pluvijs, nive, grandine, gelu, fulminibus, calore, frigoribus, Zephyris demum atque Euris inquietares: Ignis debueras oblivisci, in cuius tã interni quã externi regimine dissolutiones corporum sepa-

rationesque verti ipsemet falsus es. Multo mi-
nus Cypriæ fornaces adeundæ tibi sunt, vt geni-
ta in igne animalia conspicere: Vt fructus igni
non noscas tantum sed & numeres, pharmaco-
pœan, age, tuam excute, in qua tibi longa serie
occurrent destillata, aquæ, spiritus, elixiria, de-
cocta, vina medicata, oxymelita, hydromelita,
syrupi, extracta, essentiæ, magisteria, arcana, li-
quores sulfurei, olea, sales, cremores, croci, tin-
cturæ, flores, calces, magnus aliorum appara-
tus, quibus pharmacopœian vulgarem splendi-
re voluisti: quorum omnium non alium com-
minisci opificem, Quercetane, potes, nisi eũ, cu-
ius ope omnes coctiones naturales, tuo ipsius
testimonio, imitetur ac perficiat artifex.

36. Nam quod cœlum tu in ignis destructo-
ris locum sufficis, id tum demum ex ratione
factum arbitrabor, quando aut sub balneo lu-
cere lunam, aut solem æstuare in reverberio,
aut cætera astra in cæteris fornacibus radiare
conspexero. Quod si nondum adhuc merita
fructusque ignis recognoscis, ducendus nobis
es ad hortos principum, quos in Hassiâ & Pala-
tinatu per medios brumæ rigores vernâ amœni-
tate ridere æstivisque abundare delicijs vidisti:
vt quum causam insoliti spectaculi, quæ oculis
etiam invitis vltro sese ingerit, contempleris, in-
cipias demum posthabitâ satyricâ protervia, re-
verentiùs de dono Promethei sentire, almique
meminisse benefactoris, quem tu alibi deprædi-
cas mille ac mille modis iisque maxime necessa-
riis, optimè meritum non tantum de genere hu-
mano

mano ſed de natura rerum universâ. Nam quartum elementum, quod igni exautorato ſubſtituiſti, nihil tum vivificum & genitabile, ſed pro blandis ac ſuavibus Zephyri auris immites Cauros & acre gelu (quod mortem rerum appellas & ad corrumpendum magis quam efficiendum valere doces) toto orbe noſtro ſpirabat, nec teneris floribus arbores ſed denſis, nivium floccis conſerebat, ramoſque pruinis ac glacie non pomis ac fructibus incurvabat, eiuſmodi deniq; omni ex parte ſeſe gerebat, cuiuſmodi ignem nobis ſupra deſcripſiſti. Nihil quippe fructuum vtilium progignebat, id quoque quod utile corrumpebat, quædam etiam ad extremum interitum perducebat, noverca fructuum potius quã mater, deſtruendi non fovendi viribus potens, indocile formare, quicquam generare aut augere, niſi quod perimi ſtatim & in ipſo ortu occumbere ſatius fuiſſet. Adeoq; niſi Quercetani argumenta prorſus exſpirarunt, cœlum tum temporis elementum eſſe deſierat. *de Intern. rer. Sign. p. 90. Reſp. ad Arib. p. 42.*

37. Econtra verò ignis ſedem ſuam, vnde eum pepuliſti, iure poſtliminij recuperarat, meritiſque non exiguis tuebatur, in tantum, vt ipſe minimè diſſimulâris vix ſolem almo iam calore reficientem, quæ hyemis iniquitate quaſi extincta iacebant, aut etiam ſub ſirio ferventem vividiore vi malos ac ficos afficere potuiſſe. Propterea namque hybernos iſtos tum flores tum fructus, ne quidem æſtivis, atque ex regione quanvis fertiliſſima ac feliciſſima oriundis poſthabuiſti.

38. Vnde duo discere potuisti: Vnum, si quod nihil fructuum vtilium progignit, id etiam, quod vtile est, corrumpit, & ad extremum interitum perducit, quod noverca non mater fructuum est, pronius ad destruendum quàm fovendum, si, inquam, illud ipsum non est elementum, tum neque cœlum esse elementum, cuius inclementiam tibi ex temetipso commemoravi: Alterum, si quod vtiles fructus progignit, generat, format, auget, fovet, materque non noverca fructuum est, elementum est, ignem quoque elementum esse, de cuius felice fæcunditate & fæcundâ felicitate iam satis per te tibi constat, vt nulli magis quam tibi ipsi iniurius fueris, quando scribere ausus es, insani esse asserere, quod ignis elementorum more quidquam producat, quum vel in hortis principum animadvertere quiveris, ignem prorsus eodem modo numerosam suam prolem generare, fouere, augere ac perficere, quo cælum ipsum fætus suos vere procreat, æstate educat, atque ad messem vindemiamq; præparat.

D. H. M. p. 137. 138. 39. Quâ de causa factum suspicor, vt alibi audacter pronunciaris, cœlum naturam ignis vsque adeò æmulari, vt revera cœlum nihil aliud sit, quam purus & æthereus ignis, nec purus ignis aliud, quam cœlum. Nimirum tam perturbatè, quæ diuersa sunt, confundens, quam, quæ coniuncta, disturbans. Nam, si prout porrò disputas, propterea cundum est igni, quod Moises in primo geneseos capite mul-

tam cœli mentionem, nullam ignis fecerit, vereor equidem, ne secum vna rapiat & angelos & diabolos & infernum & aera & cætera omnia, quorum illo in loco legislator hebréus ne verbulo meminit. Quod si sub cœlo aërem comprehendi Quercetanus arbitratur, quur nefas sit, ignem etiam eôdem recidere? Quem non minus ob naturę similitudinem cœlo inseruit, quam ob dissimilitudinem ex societate elementorum perperàm relegauit.

40. Atqui si Aristotelicis demonstrationibus, quas via elegante fuisse investigatas, ipse diffiteri nequit, dignam se ipso operam impendere, quam divini vatis authoritate ad veritatis ludibrium sophisticè abuti maluisset: In facili vtiq; fuisset, cognoscere, quantum inter ignem & cœlum interesset, hoc inprimis discere, de quo nobis inpræsentiarum sermo est, nequaquam supervacaneum fuisse Aristoteli, quaternarium elementorum constituere ex quaternario qualitatum, sed omninò pernecessarium, uti ad rerum productionem quartum elementum, nempè ignis, accerseretur. Profectò ratione ac transmutatione accuratius considerata, fieri nequit, quin ethnici philosophi rationibus, quibus temerè recalcitrat, animitus adstipuletur. Nec sine causa accuratiorem considerationem desidero, quoniam prout à Quercetano eæ elementorum affectiones traduntur, maiore sui parte mutila est & manca omnis tractatio.

l. citat.

D. H. M. p. 136.

41. Quemadmodum enim tria elementa,

aërem videlicet & aquam & terram inter se medij, hoc est, aquæ intercessione Quercetanus vnivit, ita etiam aëris interuentu ignem & aquam copulare eum oportuisset: quum dubio procul non magis de natura aëris & terræ aqua participet, quam de natura ignis & aquæ aër. Quo fit, vt nihilo facilius aqua modo in aerem modo in terram, quam aër nunc in ignem mox in aquam convertatur, atque adeò tam aëri, quam aqua igni, indissolubili vtrinque vinculo connectantur.

42. Quamobrem quando collatis signis symbolisque mutuo se cætera elementa adoriuntur: Fallitur Quercetanus, si ignem asymbolon & vacua manu accedere existimat. Veluti namque aërem in aquam condensari, aquam incrassatam & condensatam in terram verti, & terram attenuatam vicissim in aquam transire & mutari vidit: Ita negocio æquè facili, dum vel carbones Vulcano ministravit, observare & hoc potuit, quod consimili vicissitudine terra in ignem, ignis in terram, aër in ignem, ignis in aërem transmeent ac remeent.

43. Est & alius consensus, quo cætera elementa ignis amplectitur. Interrogabo Quercetanum, quid sit, quod terram attenuet, quod aquam aëremq; rarefaciat? Si ille maligno silentio cælare rem confessam velit, fore sperarim, ut ipsæ fornaces, quem spirant ignem, talium opificem, altâ voce prodituræ sint.

44. Ideoq; non quia aër & terra duo extrema, per tertium utriusq; medium, aquam scilicet aptè

aptè conjunguntur, ideò ternario elementa absolvere, ignemq; tollere Quercetanus debuit: Sed quia illis tribus elementis ignem symbolissimo irrevocabili taliq; prorsus necessitudine, quali ipsa inter se mutuò conspirant ac cohærent, devinciri, quotidianis experimentis docebatur: Ideò & ignem ponere & elementorum quaternario ab Aristotele celebrato, à naturâ constabilito etiam ante natum Aristotelem introducto lubens libensq; subscribere, hoc denique agere, ut non iniquiùs de elementorum potestatibus quàm de eorundem numero sentire videretur. Nunc quia præfractè negat, elementa ampliùs, quàm calefacere, refrigerare, humectare, arefacere; Ansam nobis præbuit, quærendi ulteriùs. *D.H.M. p.104. Tetrad. p. 92. Alexic. p. 139.*

CAPVT V.

An Elementa eorumq; facultates sint agentia secundum entelechian, eo sensu quo accepit Quercetanus entelechian?

45. HIppocrates eo in libro, quo Galenus illum vniversæ tum naturalis philosophiæ tum artis medicæ, tum prætereà omnium commentariorum suorum principia constabilivisse affirmat, certa etiam fundamenta jecit quæstioni propositæ, haut adeò difficulter, siquidem per Hipp. stet, enodandæ. Authore namq; eodem Galeno, Hippocrates primus omnium tam philosophorum quam medicorum extitit, qui *Lib. 1. de Elem. c.5. Argum. Comm. in lib. de Nat. hum. lib 1. de Natural. facult. c.2.*

 addu-

adducto in medium erectoq; elementorum quaternario, demonstrare aggressus sit, quatuor esse omnes, quæ mutuò in se agant, qualitates, à quibus quæ genitum atq; interitum agnoscunt, omnia gignantur ac perimantur. Estq; adeò inter oracula hippocratica hoc ferè primum, quod generatio omnis ex calido, frigido, sicco & humido probè inter se contemperatis proficiscatur. Nullam namq; generationem fore, nisi moderatè & æqualiter invicem hæc responderant, sed alterum altero & valentius imbecilliorem longè excellat. Per interitum singula rursus in suam naturam secedere, humidum nempè ad humidum, siccum ad siccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum. Talem tum animantium tum reliquarum omnium rerum esse naturam, oririq; similiter omnia & occidere. Hæc Hippocrates prodidit illo opusculo, ex quo omnem philosophian suam Aristoteles, si Mercuriali credimus, desumpsit. Quanquam nec Galenus inficietur, peripati conditorem fuisse in rationibus suis Hippocratem imitatum, eademq; cum Hipp. sensisse, nec non principia demonstrationum apud Hippocratem invenisse, quæ postea pertractarit & confirmarit.

lib.1.de Natural. hum. t.11. 12.14.15. 16.17.

Libr.1. pract. c.2.

l.1. de Elē. cap.5. 1.de Natu. facul. c.2 1. Meth. 2.

46. Eum autem in modum accepta à Coo sene principia pertractauit & confirmauit, ut cōstet, plus illis Stagiritèn tribuisse, quàm ut intra nudæ ac simplicis calefactionis, refrigerationis, exsiccationis humectationisq; cancellos vires atq; energias principiorum hippocraticorū constringeret atq; attaret. Quia namq; expresse docet,

docet, quod calor & frigus definiant, copulent, transmutent, congregent: quia & hoc docet, naturalem generationem atq; ei oppositam corruptionem & putrefactionem ab hisce potentiis effici: quia deniq; & in eo fuit, ut omnium particularium causas ad hæc principia referret ac reduceret, id quod de eo Galenus etiam contestatur: Certum equidem est, nequaquam Aristotelem elementis eorumq; potestatibus eam præscindere actionem, quæ secundum entelechian dicitur, multo minus ijs quæ vniformiter seu univocè agunt, strictè & præcisè eadem alligare. 4. meteorol. 1. 1. de Nat. facul. 3.

47. Traditæ ab Hipp. & Aristot. doctrinæ apprimè consentanea Galenum docuisse, argumento erunt illustres aliquot sententiæ, quas ex omni numero excerpere & subiungere non absre visum fuit. Inprimis facit huc locus, qui est in constitutione artis: Acutum secat id, cui occurrit, nequaquam tamen ipsius substantiam alterat, quemadmodum & grave, quod & ipsum contundit, ut nullam tamẽ in universam rei patientis substantiam inducat transmutationem, neq; durities eam vim habet, ut possit rem vicinam in aliam mutare speciem. Calor autem & frigus totam proximæ rei substantiam alterare possunt, simili etiam modo humiditas & siccitas, quanvis hæ non ęquè citò ac priores, attamen & ipsæ tandem subjecta transmutant. Mox ibidẽ: Calor præ cæteris omnibus qualitatibus vim in agendo maximam habet, mox autem frigus, deinde humiditas & siccitas: præter has nulla a- cap. 9.

lia

"lia reperitur qualitas, quæ res quibus occurrit
"per totum possit alterare. Nam si quid rem a-
"liquam aut divellat, aut tundat, aut pungat au
"secet: Id sanè aliquid facit, tamen illa eius alte-
"ratio non ita per totam rei substãtiam permeat
"ut in aliam substantiæ speciem rem immutare
"possit, sicut iam potest in plura partiri. Vnde si
"nivem ad minima usq; secueris, nix quidem ser-
"uabitur, sed simul ac calefiet, statim desinet am-
"plius nix esse, utpote quæ ex aquâ refrigeratâ, nõ
"ex ea in vnum coactâ ortum habuerit: hoc enim
"magis ad substãtiæ incrementũ attinet, illud ve-
"rò ad generationẽ. Etenim divisio continuorũ
1. de Elem. in particulas parvas, substantiæ est imminutio:
c. 7. "Calefactio, alterius est substantiæ generatio
priore formâ mutata. Alibi hæc Galeni ver-
cap. 9. "ba leguntur: Hæ qualitates (primæ) solæ
"possunt vniversam substantiam ac illam per
"totam transmutare. Item hæc: Solas has quum
"materiam subjectam alterant in causa esse mu-
"tuæ inter elementa transmutationis, esseq; præ-
"tereà stirpium ac animalium opifices, vniversæ
"substantiæ alteratrices, transmutatrices, nec ele-
"mentorum duntaxat constitutrices, sed & sub-
Comm. 6. stantiæ rei cuiusq;, vel, vt alibi loquitur, corpo-
in lib. de rum tum effectrices tum alteratrices.
Nat. hum.

48. Sed nec Quercetanus, quod vtiq; mire-
mur, multum contradicit. Quanquam enim ni-
hil elementis præter rerum quisquilias (ita enim
D.H.M. loqui amat) nihil quisquiliis præter nudam ca-
p. 88. lefactionem & refrigerationem nudam hume-
ctationem & exsiccationem reliqui fecit, con-

ten-

tenditq; acriter, elementa solam quâ polent ex- *p.104.*
trinsecam quamq; manifestam habent qualita- *Tetrad. p.*
tem in patiens corpus inprimere, atq; ob id ea *92. Alexic. p. 139.*
negat καθ' ἐντελέχειαν agere, seu intrinsecâ vi, quæ est perfectio, cuiusmodi est actio piperis; quod licet non sit extrinsecus vel actu calidum, habet tamen vim calefaciendi: *Esse enim id agentis καθ' ἐντελέχειαν, ut inprimat in patiens qualitatem eam, quæ tamen in agente non sit manifesta:* Hæc, inquam, aliaq; id genus plura, tametsi seriò philosophetur Quercetanus, non tamen inde causæ satis est, quare eum antiquitati in totum renunciasse existimemus. Nam cùm bona ipsius Quercetani seu fide seu gratia, quamplures elementorum actiones monstrare possumus, longè præstantioris perfectiorisq; quanq; energias, quàm sit actio piperis excalfactoria.

[*Plutarchus formam etiam elementorum vocat ἐντελέχειαν. Lib. 1. de Placit. Philosophorum cap. 2.*]

49. Consideremus primò id, quod de ele- *Tetrad. c.*
mentis in genere Quercetanus prodidit; Ele- *8. p. 70.*
menta matrices, agros, ventriculos, mineras, loca esse rerum non ociosa sed suis proprietatibus dotata, quæ vitam alimentúmque suppeditent suis locatis & contentis: quod terra uti causa efficiens movere facultatem vitalem Quercetano *D.H.M.*
dicatur, nihil verito affirmare; quod in elemen- *p. 98.*
tis sit vita rerum, quod mare conchis, piscibus, coralio, mineralibus, auro vitam elargiatur, vitalesq; spiritus impertiat, neq; id aliunde, sed de suo; *ex suo*, Quercetanus ait, *elemento*. Qui de *D.H.M.*
duob. crassis & materialibus elementis tàm ho- *p. 273.*
nori-

norificè sentit, nec potest nec debet de reliqui inferiora loqui. Cumprimis de aëre, cuius vim ἐντελεχοῦσα activam si negare aut subterfugere au sus fuit haut equidem me judice meruit, aëri unquã frui; & vitales carpere auras. Nam quo ignem quidem attinet, eum paullò ante recom ciliavimus Quercetano: Hic verò ipsius por rò rationem habituri, postquam ęquior jam pla catiorq; Quercetanus cælo ignem igni cælum comparare minimè addubitavit. Comparatio enim illa neq; cælo indigna est neque Quercetano, si quemadmodum ipse cælum scripsit naturam ignis æmulari, ita à nobis vicissim mali intelligere, nihilo sequius ignem æmulari naturam cæli. Huius certè vicarium in hortis Palatinis & hassicis egit ignis, quodq; almus cæli solisq; favor lętissimo anni tempore, omnibus naturæ rebus inferioribus impertiri consueuit, idipsum mediâ brumâ malis & ficis liberaliter contulit; easq; in perfectam alicuis individui mixtionem movit, exacuit, atq; potẽter animavit: iisdẽ vires, facultates, ac proprietates, quas ex cœlo aliàs mutuari æstate solent, abundè inseruit, ut & illæ suis se floribus ac fructibus exornate visæ sint, ipse verò instar parentis se ergà fœtus hosce habuerit, dederitq;, unde fœtus nutrirentur, foverentur, crescerent, & tandẽ è gremio genitricum suarum excluderentur. Id muneris cælo adscripsit & addixit Quercetanus, quod tum temporis, quum aversum à nobis imo verò adversum quartum illud formale & activũ, ut Quercetan. appellat, elemẽtum esset, est ab

D.H.M. p.171. 138.

hor-

hortulanis igni non minus industriè impositũ, quam feliciter susceptum, fructuosè adimpletũ. Quanquam eo egregiè perfunctus ignis, non retulerit à Quercetano gratiam, quã fuit promeritus non tantũ in principum horis, verùm etiam in Chymicorum focis in quibus artificem igne externo omnes actiones imitari ac perficere, quas natura in suis operationibus ad rerum omnium maturationem & perfectionem achibet, suprà commemoravit Quercetanus, neq; etiam alibi diffessus, metalla in ergastulis spagiricis nõ aliter ignis ope confici, ac caloris vi in visceribus terræ concreta disponantur; digerantur ac perficiantur. *Tetr. cap. xxxii. p. 428. 429. Respons. ad Auberi p. 57. 58. 44.*

50. Hæc aliaq; id genus effata conferat mi quispiam cum Galeno primùm, deinde cum pi pere, & facta utrinq; collatione, ex animo pronunciet, Galenus an Quercetanus magnificentiora de viribus elementorum protulerit: Vtriusnam actiones & vires præstantiore entelecheiâ gaudeant; elementine alicuius, an eius, quod chartis amicîtur ineptis? Quonam in loco consistet piper ubi vel primam virium suarum aciem elementa, duce Quercetano, explicare cœperint? Quid quæso actio piperis excalfactoria comparata cum virtute suppeditandi vitam alimentaq;, movendi facultatem vitalem, elargiendi vitam, vitales spiritus impertiendi, concoquendi, disponendi, digerendi, maturandi, deniq; & perficiendi: ne quid ad consummatam entelechian deesse existimes: quam elementis quum maximè invidet Quercetanus, omnium maximè indulget, piperi vero

ijs rationibus affingit; quæ mereantur fortè c:
cullum. Nam si vel tritissimam quamq; & ex m:
dijs culinis & caldariis seu balneis petitam el:
mentorum transmutationem piperi obverterit
sanè continere se non poterit oblita entelechi:
ias Quercetanianæ actio piperis calefactorii
quin quod Quercetani favore invita accepit, u:
trò elementorum meritis reddittura sit. Esto e:
empli gratia actio ignis in aquam; per quam qu:
dem actionem non tãtum incalescit humor, ve:
rum etiam aërescit, neq; tantum manifestam
gnis qualitatem recipit; verùm etiam talem a:
tant:m vim concipit, quæ in vniuersam aqu:
substantiam inducat transmutationem, quæ ali
te:ius substantiæ generatrix sit; priore mutata:
e:ectrixq; corporis aërei & absoluta opifex. Vn:
:e videre est, quàm sit ignea calefactio perfe:
ctior eá, quæ à pipere proficiscitur. Pipereus nã:
que calor nec immutat totam rei substantiam
nec aliam substantiæ speciem generat & efficit
sed gustum & viscera qualitativè tantum &
superficietenus alterat & afficit: Ignea verò ca-
lefactio non est nuda & simplex caloris elemen-
taris impressio; verùm etiam, ut Galeni verbis
denuò utar; est alterius substantiæ generatio
priore formâ mutata, tantò profectò piperina il-
la mobilior, quantò qualitate nobilior est sub-
stantia. Atq; hæc quidem substantia & transmu-
tatoria elementorum vis, quia actionibus ele-
mentorum manifesto entelechian adserit ad-
struitq;; idcircò Quercetanus omnibus illam
modis

modis infringere ac labefactare conatus est, irrito nihilominus effectu, uti mox liquebit.

CAPVT VI.

Examen argumentorum, quibus Quercetanus elementorum actiones καθ' ἐντελέχειαν suam impugnat.

I. QVum negare non possit Quercetanus, quando vel mutuo in se agunt elementa, vel mixta ab ijsdem patiuntur, complures oriri formas: Hasce tamen ne quid facultatis effectivæ seu perfectivæ elementis relinqueret, maluit ex suis quamq; subiectis sola secretione ac separatione emergere, quàm effici revera ac generari. Propterea enim aqvam constare scripsit aëre & terra simul in liquoris aquei formam effigiatis, ut si transitu aquæ in aërem, vi caloris ignei facto, fortè urgeretur, non deforet statim responsio, quæ formam aëris actu præextitisse in aqua, neq; aliter ex aqua atque ex toto partes emersisse reponeret. Cœterum igni eo in negotio, nullas alias esse partes, quàm sequestri, qui formam aëris in occulto aquæ recessu abditam tantummodo manifestet, in apertum det oculis nostris, & ex aqua, in qua demersa latebat, eliciat. Eadem ratione quum elementorum ac principiorum separationes, chymiæ naturam imitantis artificijs, quibus omnes compositi partes enucleantur ac patefiunt, acceptas retulisset, factum, vt eiusmodi secretionibus substantias illas naturales non generari; quasi prius non fuissent, neque vt prius existentes hac separatio- D.H.M. pag. 136.

 tio-

tionis arte corrumpi, ſed & fuiſſe in com-
Conſ. de arthr. & Calc. p. 250. poſito, & poſt ſecretionem per ſe eſſe ac ſub-
ſtere, conſtanter aſſeveraverit. Namque & a-
bi negat, procreare ignem, quæcunque per ig-
manifeſta fiunt, id liquidò apparere in deſtill-
tionibus aquarum ſtillatitiarum atq; oleorum
quæ ex lignis, herbis, floribus, ſeminibus ali-
que plantarum partibus, eliciantur vi ignis; ne-
tamen ab eo generentur, ſed à naturâ generata
ignis interventu ceu medio atque ſequeſtro
apertum magis dentur oculis noſtris. Vnde co-
cludit, manifeſtari per ignem, liquorem, oleum
ſal, quæ prius in corpore demerſa latebant, non
generari, non procreari, non effici.

52 Quare autem manifeſtentur duntaxat
non generentur, non procreentur, non effic-
Conſ. de arthr. & calc. p. 244. antur, id ſe ſtatuere declarat, hac potiſſimum
cauſa adductum, quod, vt inquit, qualitas ſub-
ſtantiam producere nequeat: vim autem elem-
torum, v. g. ignis aut caloris poteſtatẽ eſſe qua-
litatem, proindeque nec ſal, oleum, liquorem
nec aliam ſubſtantiam aut ſubſtantificum qui-
producere poſſe: Ideoque ridiculum eſſe con-
pag. 251. cludit, calori effectum ſalis, vt & aliarum ſub-
ſtantiarum attribuere, quia videlicet nulla re-
dare poſſit id, quod non habet.

53. Verùm enimverò, quicquid dicat Quer-
cetanus, vim illam perfectricem, quam elemen-
tis addixit antiquitas, nulla arte elidere aut elu-
dere poteſt. Nam quod allatum formarum ſe-
parationem, ſequeſtrationem, elucidationem
manifeſtationemq; attinet, illa quidem, me-

judicio

iudicio, actio est multò perfectior eâ, quâ pipereus calor linguam stomachumque pungit. Primò enim illa secretio sive separatio negociatur circa formas substantiales, quibus cum piperi bona pax est, quarum si non parentem saltem obstetricem esse plus mehercle est, quàm linguam ustulare & stomachum. Secundò vis formarum separatrix & secretrix tanto est vi piperis excalfactrice perfectior, quod & ipsum valeat piper destruere, & ex piperis ruinâ triumphum agere, ex spoliis trophea olei, salis, liquoris erigere, nihil contra auso pipere, sed imperata facere iusso, &, si nolit, etiam coacto. Tertio vis formarum secretrix non magis in igne & calore manifesta est, quam piperis vis excalfactoria in pipere; nec minùs manifesta in subiecto patiente, quàm piperis calor in gulâ. Ex quo illud necessariò confit; posita formarum separatione & sequestratione minimè genitium eam vim, quæ secundùm ἐντελέχειαν est, tolli, sed evidenter poni.

54. Deniq; neque hoc demonstratu difficile est; illâ ipsâ formarum separatione manifestam generationem involvi. Aër verbi gratia, qui ex aqua calefacta seu educitur seu producitur, non tantum separatur, verum etiam generatur & efficitur: Argumento est ipsa transformatio, per quam vnum elementum ex alio in aliud, putà aqua in terram, terra in aquam vertitur, transit & mutatur, prout ipse Quercetanus expressis verbis attestatus est. Videlicet forma, quæ adest desinit; quæ abest incipit. Sic intereunte formâ D.H.M. p. 136.

aquæ oritur forma aëris, quem non actu in aqu
præextitisse, sed plura puta potentia aquæ in
fuisse, inde patet, quod vi frigoris rursus coactu
revertatur in id, quod fuit ante, quàm virtute i
gnis in aërem transformaretur.

55. Quâ quidem transformatione non tan
tum commentitia separatio funditùs ever
titur, verùm etiam vis elementorum, atqu
ignis ante omnia vis substantifica & secun
dum entelechian agens solidè erigitur ac fi
matur. Vnde nihil absurdi fuerit, statuer
porrò, quod perinde atque ex elemento aqu
forma aëris emergit, non dissimili etiam ratio
ne ex lignis, herbis, floribus, seminibus aliisqu
plantarum partibus forma aquæ, olei, salis e
nascatur. Fit enim hoc admodum verisimi
etiam ex eo, quod perinde se habeat ortus aqu
olei salis ex ligno, atque se habet ortus fum
fuliginis, flammæ, prunæ, carbonis, favillæ
cineris, quando ex ligno singula erumpun
Quare quemadmodum in quercu non e
actu forma fumi, fuliginis, flammæ, prunæ
carbonis, favillæ, cineris, sed est ibi solâ & me
râ potentiâ: Ita nec forma liquorum stillatitio
rum, nec salis forma quercui nisi purâ potent
inest.

56. Hæc autem potentia in actum educitu
vi atq; efficacia vnius ignis, qui omnium earum
formarum plastes polydædalus esse vel hinc co
gnoscitur, quod veluti quercum comburend
edit ac producit in focis formam fumi, fuliginis
flammæ, prunæ, carbonis, favillæ: Ita quercum
num

nunc elixando nunc assando, nunc incinerando formas aquæ olei, salis, quæ non sunt, esse tamen possunt, efficiat, ut sint, adeoque eas & manifestando generet, & generando manifestet.

57. Nullo enim pacto generationem subterfugere Quercetanus potest, qui transmutationi apertè subscripsit, ubi modum tradit, quo herba fit cinis & sal. intelligit autem per transmutationem, quum res suam formam extrinsecam amittit & ita alteratur, ut prorsus priori substantiæ & formæ suæ pristinæ non sit similis, sed aliam nunc induit formam, atq; aliam assumit essentiam, alium colorem, aliam deniq; naturam & proprietatē. Exemplum esto, ut cum linteamē fit papyrus: metallum, vitrum: pelles seu coria, gluten; herba, cinis: cinis, sal vel liquor: mercurius res mobilis admodùm quoddam fixum, ut cinnabrium & pulvis. *Pharmac. cap. 4.*

58. Quamobrem si Quercetano credimus, cum in modum quercus sal oleum liquor fit, ut suam formam, per quam quercus erat & esse nocebatur, amittat, & ita alteretur ut prorsus querneæ substantiæ & formæ querneæ non sit similis, sed formam nūc induat prorsus quercui dissimilem, assumatq; essentiā, assumat colorē, asciscat deniq; naturam & proprietatem salis, olei, liquoris. Atqui verò quidnam quæso aliud generatio est, quam prioris substantiæ pristinæq; formæ amissio, aliusq; formæ, alius essentiæ, alius deniq; naturæ & proprietatis assumptio.

59. Non possunt generationis termini colo-

ribus magis vivis depingi. Sicuti enim ex li-teamine non fit papyrus, nisi forma linteami- prorsus abolitâ, neq; gluten ex pellibus aut c- riis, nisi pelles aut coria reverà desierint esse quod sunt: Ita neq; quercus in cineres salem, o- leum, liquorem, nisi per interitum quercûs ab- estq; adeò unius formæ mors, alterius natal- Nam tum demum alia forma induitur, alia es- sentia, alia deniq; natura, & quæ ab hac oriun- tur proprietates assumuntur, quum pristina for- ma exuitur priorq; substantia deponitur.

60. Neque enim crediderim Quercetanum nudam ἀλλείωσιν, quæ in qualitatum superfic- obiter hæreat, intellexisse, qui de substantiâ, es- sentiâ, naturâ verba fecerit clarissima: sed pr- eo quod rem alterari dixit, affici eam, vel sim- le quid dicere voluisse. Multò minus formam tantum extrinsecam in termino à quo amitt- sensisse, sed quæ ad essentiam rei naturamq; per- tineret, quæq; à formâ recente prorsus sit aliu- essentiæ, alius coloris, alius deniq; naturæ & proprietatis.

61. Itaque nec rationi nec Quercetano con- traria est ea opinio, quæ salem, oleum, liquorem ex quercu gigni asseverat. Vbi enim à non esse quercûs ad esse salis, olei, liquoris transitur, ib- nullo modo potest generatio præteriri, interce- dente præsertim transmutatione, quâ vnam for- mam aboleri, alteram introduci ex dictis con- stat.

62. Proindeq; nihil impedit, eundem dice- re olei salis liquorum procreatorem & autho-

rem

em, qui fuit ut combustionis ita & transmutationis opifex. Nam per Aristotelem τὸ μεταβάλλον τοῦ μεταβαλλομένου causa efficiens dicitur, itemque ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἡ πρώτη. 2.physic. cap.3.
gnis a. in confecturâ salis, olei, liquoris, quin t primum transmutationis principium, & ad lem oleum liquorem quercus non aliter atq; d fumum flammam cineresque quernos, neme ut transmutans ad transmutatum sese habeat, ius dubitare interest, qui ipsam etiam elixandi, ssandi, incinerandi, cremandi vim igni velit mbiguam facere.

63. Nec est cuiusquam momenti, quod Quercetanus obiicit, calorem non posse producere substantiam. Nam contrarium vidimus n aëre, quem ex aquâ igneus calor producit, ontrarium à Quercetano audivimus, affirmane nimirũ, quod propinqua metallorũ causa efficiẽs calor sit, cuius vi metalla cõcreta in visceri- sup.n.42.
us terræ disponãtur, digerantur ac perficiãtur.

64. Multo minus id locum habet, quod Quercetanus vult, calorem ignis meram esse c nudam qualitatem. Nam primò quidem calor δύναμις est τοῦ πυρὸς οὐσιώδης, latinis potena essentialis & cuique substantiæ propria, uam Quercetanus author est; idem esse Aristoteli, quod Philosophis hermeticis spiritus seu ubstantiæ spirituales, quibus illi actiones omes, proprietates, facultates, impressiones, c signaturas vitales ac generativas tribuunt. Atqui verò per calorem omnes actiones, energias, proprietates, facultates, impensiones ac gnaturas tam vitales quam lethiferas, tam in- Alexic.p. 140.141.

terne-

ternecinas quam generativas, ignis partim p... ficit partim obtinet. Ergo calor est ignis δύναμ... ὀυσιώδης, eiusque facultas substantialis: qua... ne Quercetanus quidem realiter, sed ratio... tantum ab essentia seu forma ignis substanti... li distinguere audeat. Namque in defensio... hermet. medic. mero meridie meracius eff... gent hæc eius verba: Potentiam essentiale... esse quiddam à forma rei promanans & rev... cari ad categorian substantiæ. Neque eni... simplicem esse qualitatem aut accidens, sed ... sentiam sub categoria substantiæ comprehe... sam: hoc solo à forma substantiali differ... quod non sit aliquod per se subsistens aut χωρι... σόν τι, sed separari à subjecto nequeat, inc... lumi substantiâ. Ac ne diffiniri quoque absq... subjecto, quin omni soli & semper insit, a... que de eo demonstretur ac prædicetur. Pr... pterea & græcis eiusmodi potentias ἴδια παθ... latinis proprias affectiones appellari.

p. 103. 104.

65. Deinde sicuti ex Aristotele, quidna... sit δύναμις ὀυσιώδης didicerat Ita eodem m... gistro Quercetanus discere & hoc potuisse... quod calor cœteræque elementorum qualit... tes sint eorum δυνάμεις, quarum merito ele... menta ipsa inter se mutuò activa & passiva sun... miscentur que invicem & transmutantur: quo... sint ἄιτια καὶ διαφοραὶ τῶν σοιχείων: quod no... tantum sint ὕλη sed εἴδη καὶ ἀρχαὶ αἰσθητῦ σω... ματος, neque solùm ποιεῖν σοιχεῖον, sed & σο... χεῖα absolutè dicantur. Quâ ratione ab Hip... pocrate etiam elementa ab ipsis qualitatibu...

lib. 2. de generat. & corrupt. c. 1. 2. 4. lib. 4. meteorol. c. 1 lib. 2. de part. animal. c. 1.

sæp...

ſæpe nominari, Galenus annotavit, utpote à quibus & habeant quod elementa ſint, proindeque elementorum conſtitutrices Galeno, aliis formales rationes appellantur, per quas elementa in ordine ad tranſmutationem ſunt id quod ſunt. Quum enim generatio omnis è contrario in contrarium fiat, elementa interſe contrarietatem ex eo habent, quia differentiæ ipſæ contrariæ ſunt, quæ ex quatuor primis iuxta quatuor ſyzygias methodo, proutipſi Quercetano viſum fuit, non ineleganter conſtruuntur. Proindeque minimè mirum ei videri debuiſſet, ſi vel ignis vel calor ſubſtantiæ alicuius procreatores ſtatuerentur. Vtrumvis enim affirmes, nihil abſoni affirmaveris: quum perinde ſit, ab ipſa ignis ſubſtantia, an à facultate ignis ſubſtantiali ſeu eſſentiali proprietate produci ſubſtantiam aſſeveres. *l. de Nat. hum. 1. de Elem. cap. 8. & 9. D.H.M. p. 137.*

66. Et hoc ſibi voluit Ariſtoteles, quum ſimplicem & naturalem tranſmutationem definiret τούτων τῶν δυναμέων ἔργον. Idque prolixiùs poſteà explicaret eiuſmodi verbis: ἔστι δ' ἡ ἁπλῆ καὶ φυσικὴ γένεσις, μεταβολὴ ὑπὸ τούτων τῶν δυναμέων, ὅταν ἔχωσι λόγον ἐκ τῆς ὑποκειμένης ὕλης ἑκάστῃ φύσει. αὗται δ' εἰσὶν αἱ εἰρημέναι δυνάμεις παθητικαί. γεννῶσι δὲ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν κρατοῦντα τῆς ὕλης. Nam quod Quercetanus inſtat, & contra urget, rem quampiam dare non poſſe id, quod non habet: hoc videlicet nihil aliud eſt, quàm negare, quod obtuſus cos acutum reddat ferrum. Eſt ubi idem Quercetanus fatetur, cælum licet nullius ſit per ſe comple- *4. meteorol. c. 1. D.H.M. p. 138.*

xionis hoc eſt, nec calidum, nec frigidum, nec humidum, nec ſiccum: omnibus tamen rebus calorem impertire, frigiditatem, humiditatem & ſiccitatem. Quomodo autem impertit? Ex ſuâ, inquit, ſcientiâ & prædeſtinatione. Hæc ergo ſcientia & prædeſtinatio, quâ cælum docetur & impellitur, quanvis non caleat, calefacere, quanvis non frigeat, frigefacere, quanvis non areat, arefacere, quanvis non madeat madefacere: Ipſa, inquam, eadem & elementa inſtruit atque impellit, ut dent, qui non habent.

67. Dare autem quod non habent, videri poteram ſatis ſuperque hactenus adſtruxiſſe, niſi vnicum adhuc ſupereſſet obſtaculum, quo non remoto, maxima controverſiæ pars manebit indeciſa. Quia namque ſupra aſſertum eſt, cinerem cinereoſq; ſales per interitum plantæ aut ſtirpis oriri, inque eorum generatione à non eſſe plantæ ad eſſe cinerum aut ſalis procedi. Diversâ autem parte Quercetanus contendit, ignis vi & calcinatione non abſorberi humidum primigenium, ſed validiores omnes tincturas ac impreſſiones rerum nec non potentiſſimas illarum qualitates ac poteſtates, quales ſunt ſapores, odores, colores, imò etiam formas ipſas atque id genus alia in ſale cineritio concludi ac deliteſcere: Poteſt jam non immeritò dubitari

D.H.M. c. XXIII.

An

An Planta vel Stirps, quando in cinerem comburitur, formam plantæ vel stirpis amittat?

CAPUT VII.

68. NOn amittere Quercetanus duabus demonstrationib. experientiâ à se sæpè, ut affirmat, confirmatis, evincere satagit: Unâ quidem quam crebrò post primùm istius authorem ac inventorem agitaverit; Alterâ, quam à medico quodam Polono olim sit mutuatus. Prior in lixivio urticarum conglaciato, mille urticarũ formas, radicibus, caudice, foliis ac locustis cõstantes miraq; elegantia insignitas: Posterior ex cineribus plantarum plãtas redivivas cõspexit, quibus aliud nihil Quercetano judice restaret, quàm congrue terræ mandari, ut solidius corpus assumerẽt. Hanc porrò Quercetani opinionem industria Beguini minimè irritam esse passa, maturè spectris illis de corpore prospexit, & pari, nisi fallor, fide. Certum est, inquit, & multoties probatum, sales herbarum, præsertim calidarum si certo quodam modo seminẽtur, alias producere suæ speciei herbas. Quod si jam plantæ forma per incinerationem reapse esset abolita, nullâ naturę virenasci posset, quandoquidẽ à privatione ad habitũ non datur regressus, & quod interest semel, idem numero redire ἀδύνατον. Proindeq; non ineptè Beguinus concluserit, vitam vegetabiliũ non destrui incineratione. Quorsũ etiam alludit illud Quercetani: Sub cineribus rerum formas delitescere & immorari. Unde resurrectio corporis nostri certissimè sit expectanda. Nec aliud sibi rhythmis gallicis voluit:

lib. 1 Tyroc. cap. 1.

Defens. herm. med pag. 234.

pag. 235.

Secret,

Secret, dont on comprend, que quoy que le corps meu...
Les formes font pourtant aux cendres leur demeure.

pag.300. Hoc videlicet eſt, quod in Alexicaco explica... docens in ſalibus nedum imaginatione tenu... ſed re ipſa formas ac figuras rerum includi.

69. Noſtra vero intereſt, quoniam ignis pa... trocinium ſemel ſuſcepimus, hanc quoque nu... bem ſole veritatis diſcutere, quo plena luce vin... dex virtutis calorificæ aſſertio refulgeat. Igitu... formas plantarum ac ſtirpium non imaginatio... netenus ſed re ipſa per incinerationem interir... Quercetani rationibus demonſtrabo: quî po... ſim firmius? Verbis diſſertiſſimis teſtatus eſt, e... aſſatione & calcinatione vrticarum in apric... ſpiritus æthereos & mercuriales, halituoſoſqu... & ſulfureos exhalare & evaneſcere. Dicat, qui... rei ſint ſpiritus mercuriales alicuius plantæ, qui... ſulfurei plantæ ſpiritus? Annon, mercurius æ... thereum corpus, οὐσιώδης, vivifica, & ſpirituoſa ſubſtantia, pabulum vitæ, & οὐσίας ſeu formæ proximum inſtrumentum? Quid ſulfur, niſi ſubſtantificum primigeniumque humidum, i... gnis ſeu caloris naturalis pabulum? imò verò, quid mercurius, niſi ſpiritus? quid ſulfur, niſi a... nima? quid ſal, niſi corpus? Hoc enim ex philo... ſophia hermetica expreſsè docet Quercetanus. Vnde nos ita ratiocinamur: Exhalante ac eva... neſcẽte eo, quod eſt plantarum corpus οὐσιώδης, vivifica & ſpirituoſa ſubſtantia, pabulum vitæ, & οὐσίας ſeu formæ proximum inſtrumentum, quod item ſubſtantificum eſt primigeniumque plantarum humidum, ignis ſeu caloris natura... lis

Defenſ. herm.med pag.236.

Defenſ. herm.med pag.131.

lis pabulum, imo vero ſpiritus atq; anima plantarum: neceſſe eſt ipſam quoque formam, per quam planta planta eſt, evaneſcere & interire. Vbi namque conſiſtet aut ſubſiſtet forma plantarum eſſentialis, diruto ac deſtructo corpore eſsẽtiali, quod ὀσιώδης Quercetano dicitur? Ablatâ vivificâ & ſpirituosâ ſubſtantiâ, quid vitæ quid ſpiritus planta trahet amplius? Anne Quercetani doctrinæ ab Ariſtotele perceptæ conſentaneum, quod ὀσίας ſeu formæ proximum inſtrumentum ſalva forma ſubſtantiali, incolumique ſubiecto, cui ineſt & à quo dependet, nequeat auffugere & interimi? Quidnam ſubſtantiæ, quidnam genij reliquum erit herbis, humido earum ſubſtantifico & primigenio in aëra diſperſo? Denique quum ſpiritus atque anima valedicunt corpori, quid niſi cadaver ſupereſt, & inane rudus? Ac verendum maximè, ne mercurio ac ſulfure plantarum ſubtracto, forma plantæ ſubſtantialis, vtpote pabulo vitæ itemque ignis ſeu caloris nativi alimento defecta, intercidat ocyus & collabatur. Nam Quercetanus quidem quando illam novo mercurio, novo item ſulfure ſaginatum in ſale ſuperſtite venit, nimis ſerò venit: Semel namque ea exceſſit, evaſit, erupit. Et quò ſapor, quò odor, quò color plantarum ierunt, eo & formas plantarum ijſſe certum eſt. Illi autem ſimul ac ſemel vna cum ſpiritibus ætherijs & mercurialibus tum halituoſis ac ſulfureis eſſentijs, in fumum & auras per incinerationem abierunt, quod nemo niſi in-

Defenſ. herm. med. pag. 103.104.

Defenſ. herm. med. pag. 236.237.

ſenſa-

ſatus inficiabitur. Conſequens ergò eſt, & formam plantarum eſſentialem in fumum iiſſe & auras, ſecutam ſuum ſulfur, ſuum mercurium, ſuum humidum ſubſtantificum, ſuam primigeniam & vivificam ſubſtantiam; ſuum corpus eſſentiale & οὐσιώδης, ſua cætera; quæ jam modò audiſtis.

70. Itaque fruſtrà in cinere vel ſale botanico Quercetanus formam quærit τοῦ φυτοῦ, quam aſſatione & calcinatione ventus per inania cœli abripuit ac diſſipavit, vti iam ex ipſo Quercetano probavimus. Nec obſtat, quod formam aut figuram rei in ſale ſuo citra vllum colorem incluſam eſſe vrgeat. Nam rationibus allatis nos contra vrgemus, nullo modo incluſam eſſe formam, nullo quippe amplius reſiduo ne levi quidem vel coloris vel ſaporis vel odoris figuræ vel formæ priſtinæ veſtigio: quandoquidem non plus diſcriminis inter ſalem vrticæ & ſarmentorum, interque alios generis diuerſi ſales, quam inter ſalem vrticæ & vrticæ, & qui eiusdem non tantum ſpeciei, ſed & individui eiuſdem ſunt, appareat.

71. Neque vt aliter ſentiamus, ſtupendis & ſuſpiciendis exemplis ſuis (ita enim à Beguino vocantur) Quercetanus vnquam nobis vſpiamve perſuadebit. Primum enim non niſi ſtupidū eſt, alterum omnino ſuſpectum. Glacies eadem, quæ illud peperit, rigore pluſquam hyperboreo acumen Quercetani obtudit, vt ludum luſumque naturæ ludicro elencho transferre ad demonſtrandam veram formæ eius præſentiam,

cuius idem gelu in humore conglaciato adumbrasset. Certè non potuit in re seria facetius jocari: nec in re joculari magis seriò negociari. Instar enim præconis, ludos sæculares quondam ebuccinantis vociferatur, nec semel declamasse satis, bis nobis sua somnia narrat. Quæso te, quænam consequentia: Figmentum vrticæ in glacie Quercetanus vidit: Ergo vera vrticæ forma glaciei subest? Effigiem, Quercetane, tuam in papyro vidi: Ergone te quoque in papyro vivere crediderim? Alibi doces, argumentum ab exemplo claudicare: Hoc certè, quod de urticis inculcas, crus vtrumque in glacie fregit. Lubrica namque est glacies, cui simul ac pedem imposuisti, lapsus es. Alioquin enim videre potuisses, non minus lixivium ex urticis conglaciatum absq; figuris vmbratilibus; quam vmbras glaciales absq; lixivio.

Defens. Herm. med. pag. 232. ad 235.

Alexic. pag. 300. 301. 302.

Def. Herm. Med. p. 284.

72. Itaque nihil de tuo miraculo veriùs dixisti aut scripsisti, quam quod sit supra omnem fidem. Nemo enim sani syncipitis, quæ ex eo infers, assensurus est tibi vnquam, quemadmodum nec ægrè laturus quisquam, ea in re poëtari te, quæ cothurno poëtico sit quam rationibus philosophicis aptior. Nam me quoque simili flatu impulisti, vt rhythmos tuos gallicos latio donarim, translatione vsus eiuscemodi:

Ex cinere urticæ salsus qui liquitur humor,
Frigore duratis conglaciarat aquis.
Quis putet in busto formam superesse priorem?
Et tamen in glacie pristina forma fuit.

Vidi-

Vidimus urticas foliis & caule renatas,
Radix, quæ vivis, flos similisq; fuit.
Nec quicquam intererat vel visu iudice: sola
Discrimen sensit frigore læsa manus.
Vre, crema, quæcunq; placent tibi corpora, formæ
Servat adhuc pignus depositumq; cinis.

73. Si Quercetani elegantiam assecutus nō sum, puto me tamen sensum expressisse; & sententiam glacie futiliorem, quæ simulatq; ignem experientiæ sensit, mox in aquam relapsa, occasionem præbuit poëseos amatoribus, audaciam Quercetani veriore epigrammate castigandi.

Non opus est verbis; veteris vestigia formæ
In cinere vrticæ sunt manifesta satis.
Namque ego, quum gelidis vndas cōstrinxerat auris
Et solidam in glaciem verterat acris hyems.
In medio vidi simulatra simillima stagno,
Qualia non æquè fingeret vlla manus.
Planta subest, dixi, nisi me Dodonia quercus
Atq; oculi fallunt: planta profectò subest.
Sed cineres desunt. Nihil hic nisi frigus & vnda,
Quorum ope tot glacies ludit imaginibus.

74. Nimirum in vno experimento iudicium Quercetani desideramus: in altero fidem. Demonstrationes, quas exhibet, experientia à se sæpe confirmatas affirmat: Et tamen negat, arcanum illud, quo plantarum manes ex cineribus suis prodire coguntur, etiamsi nihil non fecerit, vt haberet, vnquam se assequi potuisse. Nondum, inquit, attigi certam istius tam nobilis arcani experientiam, cuius, cum dabitur occasio, iuvante Deo, periculum faciam. Periculum fa-

Defens. herm. med. pag. 232. 237.

ctum

ecturus experimenti, quod nunquàm assecutus st, non debuit de experientia sua confirmata loriari: nec pro demonstratione obtrudere te- imonium, quod authorem suum vel ignorat el non audet prodere. Nomen, inquit, eius, on citra desiderium excidit. Atqui, quis credat, Quercetanum, qui in pharmacopœa restituta, bscurissimi cuiusdam empirici germani, qui *pag. mihi.* psi decocto non melioris notæ; sed in quo ipse 101. Quercetanus multa desideraret, innotuerat, pro- xè meminit, tam labilis memoriæ fuisse, ut do- tissimi & magni nominis viri & in Poloniæ metropoli medicinam facientis; tam facilè po- nerit oblivisci. Quin potius, quum catalogum nedicorum; quîscum sibi vel coràm vel per nutuas litteras vel per commentarios; con- uetudo familiaris intercessit; Quercetanus n vestibulo defensionis hermeticæ medicinæ ontexeret; meruisset vel inter primos ob so- um arcani rari & præstantis possessionem, Po- onus ille medicus recenseri, cuius nunc memo- iam & mysterium involvit nox alta silentibus umbris. Quod si animus Quercetano si deside- um fuisset expiscandi nomen; quod non citra esiderium exciderat; profectò nec tempus de- rat; quia jam tum sextus supra vigesimum an- ius agebatur; ex quo primum stupendi specta- uli copiam sibi fuisse factam commemorat: Occasio verò etiam superat. Degebat enim in ula regis Christianissimi, in quâ Poloniæ legati ontinuò commorantur: sicuti vicissim Polo- niæ regia legatis Gallicis quotidiè frequentatur.

Fuit & author inventu facilis: quia Cracoviæ quia medicus, quia doctissimus, quia magni nominis. Parva latent, Quercetane, mediocria apparent, magna eminent. Quis te putet desiderio teneri eius, quod scire, quum potes, non vis? Non hæ demonstrationes sunt, sed veritatis ludibria.

Defens. herm. med. pag. 236. 237.

75. Nec tu, etiamsi arcanum, quod iactas, eo, quem proponis, modo assecutus fuisses, persuaderes nobis unquam, formas herbarum immorari in cineribus & delitescere: quia, non cineris est, quod parturis, sed, quod chymici clyssum. Beguinus quintam essentiam vocat, definitque substantiam æthereum, celestem, ac subtilissimam, è tribus principiis cuiusvis corporis misti soluti, à qualitate elementari sensibili, corruptibili & mortali per varias operationes chymicas orbatis, & in vnum seu corpus spirituale, seu spiritum corporeum coagulatis, conflatam. Propterea enim integrum simplex contundis, digeris, maceras, fermentas, in tua tria principia resolvis iterumq; coadunatis principiis tuis redintegras, ut terram habeas foliatam & simplicissimam essentiam, omnibus suis tincturis vitalibus ac proprietatibus instructam. Quam quidem nec tibi, Quercetane, nec Beguino, nec medico illi Polono, sive ille *Sendivoius*, sive alius quispiam fuerit, nec alij cuipiam artifici invideo: Dummodo tu eâ non abutaris in præiudicium veritatis, quod te facere, vel pueri logicorum vident. Quæstio est de cineribus plantarum: Conclusio de clysso seu quintâ essentiâ.

lib. 3. tyroc. cap. 1.

Hoc

oc scilicet non apodixis, sed sophisma est, od fallacia elenchi à logicis appellatur.

76. Beguinum verò tum demum credemus sse ex salibus herbarum alias producere suæ ciei herbas, quum priùs in mercurio vivo ex ntis eliciendo industriam nobis suam probait.

☿ vivus ex plantis lib. 2. Tyroc. cap. 13.

77. Ideoq; exempla, quæ litem lite resolvunt, mittimus tibi; idq; certò ac firmiter statuis, in cineribus herbarum non reipsâ sed imaationetenus & phantastικῶς, formas plantarū figuras includi; perinde atq; in plantis merrius vivus fluctuare, Beguino creditur: Nec esse, ut inde resurrectionem corporis nostri tissimè expectares, nisi fortè animam quoq; manam asservari & vivere in cineribus & busomnies, quemadmodum in plantæ cinerĭs formam superstitem frustra tibi es imagina. Nam ut rhythmo tuo gallico respōdeam, & distichon contraham, quæ fusè hactenus disui,

Herbæ forma perit, nulla reparabilis arte,
Vt semel in cineres herba redacta jacet.

CAPVT VIII.

rmæ ac modi operationum chymicarum traduntur ex Aristotele & Dioscoride.

Assertum est ab initio, chymian à quarto meteorologico perinde atq; umbram à rpore suo dependere: Hinc enim illā mutuari principia operationum, tum formas operādi;

tum objectum operationibus subjacens, tum quicquid ex operationibus proficiscitur & resultat. Iamq; de principijs abundè vidimus, tempestivum sit, transire ad reliqua, idq; porrò operam dare, ut cõstet, Chymian nihil aliud esse, quam vivam perpetuamq; praxin eorum omnium, quæ in nominato libro Aristoteles docuit. Ea de causa sequemur filum, quod in tyrocinio Beguinus duxit, atq; inventionis gloriam, iusq; possessionis Aristoteli vindicare pergemus. Quod si chymicorum industriâ aliquid vel cultûs operosioris vel elegantiæ uberioris, Aristotelis in inveniẽdo curę, in tradendo benignitati accessit: manifestũ faciemus, quod nihil primo authori detrahi, quem ... etiam; qui nec invenit nec tradidit, ... perfectam luculenta, tamq; solida fundamenta ..., vnde facile fuerit studiosæ posteritati, ... extra Chymicorum familiam, vniversam Chymicæ technurgias œconomian eruere & extruere. Quumq; operationum chymicarum duo summa genera constituantur, *Solutio* videlicet & *Coagulatio*: Ibimus, quo nos Beguinus duxerit, & ab illâ ordiemur.

lib.1.cap. 2.3.4.5.

79. *Solutio*, inquit, chymica est ἐργασία sive operatio, quâ corpus naturale mistum in tria sua principia, mercurium, sulfur, & sal, ex quibus à natura conflatum est, separatis heterogeneis recluditur. Exemplum illius, Beguinus tradit in lignis viridibus, quæ si cremes (verba eius sunt) egreditur primò aquosum quoddã, quod flammæ concipiendæ planè inidoneum est, & in fumum

um conversum, si colligatur, in aquā resolvi-
ur, diciturq; mercurius: deinde exibit oleagi-
osum quiddam, facilè inflammabile, quod in
apores resolutum, si cohibeatur, in oleum abit,
ocaturq; sulfur: tandem remanet siccum & ter-
stre, quod ex cineribus aquæ beneficio extra-
tur inq; humido & frigore solvitur; calore au-
m concrescit, salisq; nomen obtinet. Horsum
cidit & illud, quod Quercetanus Riolano ob-
cit: Si crassius, ait, exemplum desideras, quod *In Excurs.*
si rustici satis nôrunt, en nonne in ligno mer- *pag. 30.*
rium, cum aduritur, in auras evolare, sulfur
cendi, & salem remanere in cineribus fatebe-
s? quas præterea in ligni resolutione partes ob-
rvabis? Hucusq; Quercetanus.

80. Ego verò non existimo, Aristotelem adeò
isse rudem, vt quæ rustici satis nôrunt, ignora-
rit, adeò in rerum naturâ hospitem, ut lignum
emari, & quum crematur, fumare atq; ardere,
ostquam concrematum est, collabi in cineres
unquam viderit. Quinimò ubi ad objecti con-
derationem explicandamq; corporis misti es-
ntiam ventum erit (horsum enim tractatio de
incipiis misti propriè pertinet) satis superq;
quebit, Aristotelem Chymicorū principia mi-
mè ignorasse, sed, quod par erat ignorari, i-
noraste ea esse principia corporis misti, quod
e nō nisi ex quatuor elementis cōflari sciebat.
erùm de hisce illic, ut dixi, agēdi locus est. Hic
tis, ostendisse, negantem, quod solutio Begui-
Aristoteli fuerit cognita, negare & hoc, quod
ristoteles cognoverit combustionem, fumum,

flammam, cineres, è quibus omnis ferè Chy[mi]corum sapientia prognata est.

81. Est aliud argumentum, quo evincit[ur] Aristotelem minimè latuisse, quid sit Begu[ini] solutio. Neq; enim species solutionis eum lat[ue]runt: Ergo neq; solutio, quæ ceu genus cōstit[ui]tur, clam eum fuit. Nam si cum Beguino ad s[pe]cies solutionis descendemus, primo loco occ[ur]ret *Calcinatio*, genitrix cinerum & calcis, qu[o]dūm quàm frequens mentio in meteorolo[gicis] Aristotelis, tam indubia calcinationis atq; in[ci]nerationis notitia. Ac neq; mineralium calcin[a]tiones Aristoteli inexploratas fuisse, colligo ex [fi]ne libri tertij meteorologicῶn, vbi de fossilib[us] & metallicis agens philosophus, πυροῦται, ea[ue] πάντα, καὶ γῆν ἔχει. ξηρὰν γὰρ ἔχει ἀναθυμίασ[ιν]. Quibus autem modis igni edomarentur, n[on] declaravit, sed ijs declarandum reliquit, qui [sin]gillatim unumquodque genus considerare[nt]. Quo in studij genere operam præclaram nav[a]vit Dioscorides, qui quantâ cum industriâ, me[tallicorum] tallicorum calcinationes in quinto operis l[ib.] tradiderit, exempla docent, quæ, ubi de operu[m] Chymicorum differentijs ac speciebus actu[ri] sumus, recensebimus. Hîc verò palam erit, eu[m] nec modos metallica calcinandi studio sequi[o]re prosecutum.

lib. 1. Tyroc. cap. 3.

vide infra cap. xiii. num. 224.

82. *Amalgamationis* quidem apparatum no[n] disertè expressit, quia fortè parum ad medicin[am] facere putabat id, quod venenum est vel venen[o] æmulum: Attamen amalgamationis principiu[m] manifestum prodidit hisce verbis *lib. 5. cap. 11*[0] ὕλην πᾶσαν διεσθίει καὶ ποιεῖ ἀπορρεῖν: quod Pliniu[s]

it[...]

ita interpretatur: Venenum rerum omnium est. Exedit ac perrumpit vasa, permanans tabe dirâ. Vasa, inquam, ego & plumbea & stannea & argentea, quæ hydrargyri potentiæ frustrà exemit Dioscorides: quum excepto ferro, omnia metalla exterat & comminuat, vel, vt Dioscorides loquitur, exedat & defluere faciat: Vnde amalgandi prima rudiméta artistas nostros hausisse, credibile est. Cœteras calcinandi rationes vix chymicorum quispiam Dioscoride accuratius atq; dexterius descripsit.

83. Nam, quæ *in humido* fieri dicitur *Corrosio*, eius exempla patent in ærugine, *cap.* 91. in scoleciâ *cap.* 92. in cerussâ: *cap.* 103. In quibus simul *Præcipitatio* elucescit, ramentis plumbi tenuissimis, ut Plinius ait, super vas aceti aspertimi impositis atq; ita distillantibus, cadentibusque in acetum: & *Fumigatio* animadvertitur, quum vapor vel halitus aceti mordet & resolvit plumbum. Idéam *Calcinationis in sicco* eccam tibi *cap.* 87. ubi æs urere docet, & *cap.* 96. ubi plumbum; Vtrobiq; simul se in oculos & *Stratificatio* & *Cæmentatio* & *Commixtio*, ingerent. Itaque rectè à Quercetano scriptum, *calcinationes, non ignotas fuisse priscis illis, ut neq; alias Chymicas operationes.* Nam in locis allegatis Dioscorides, calcinationum caussas efficientes, materias, formas, tam accuratè tradidit, ut facile Chymicis fuerit, addere inventis, vimq; corrosionis tentare & experiri etiam in iis, quæ vel inexperta vel intentata labor illius reliquit.

Defens. herm. med. pag. 211.

84. Nunc, uti porrò demõstremus, quod & in-

ſtituti ratio poſcit, verè etiam hoc à Quercetan[o] dictum, neq; alias operationes priſcis fuiſſe in-cognitas: Redibimus & ad Lycéi porticus, à quibus parumper non ſine causâ ſumus digreſſi, & ad Beguini tyrocinium, cui ex profeſſo Lycéi magiſteria accommodamus. Et quia de prim[æ] ſolutionis ſpecie cum peripato & antiquitat[e] tranſegimus, ſequitur in Beguino altera illius ſpecies, quã *Extractionem generalem* nuncupavit: cuius ambitum omnem eâ perſpicuitate & dexteritate philoſophus deſcripſit, quam chymicorum cuipiam optare liceat, ſperare nulli. Quanquam enim in nominibus permagna hincinde diſcrepantia occurrat, quia de eorum tum penuria tum iniquitate pluſquam ſexies in quarto meteorologicõn ipſe Ariſtoteles conqueſtus ſit. Neq; etiã ſpinoſis dichotomiis locus hîc detur, niſi ſpõtè veniant & ſine vi ſine affectatione: Attamen & in rebus mira tum concordia tum accuratio, & par in methodo artificium conſpicitur, quæ chymici non tantum non ſuperare, ſed ne quidem imitari potuerint: id quod patebit ex ſequentibus.

lib. 1. Tyroc. cap. 4.

85. Quum enim antehac oſtenſum ſit, vires ac virtutes quatuor elementorũ eſſe operationũ chymicarum principia: Hinc etiam formas operandi elici par erat, quumq; illæ duplices ſint, activæ ſcilicet & paſſivæ, non aliunde debuerant & differentię peti operationum, quas nihil aliud eſſe diximus, quàm, ut Ariſtoteles ait, τὰς ἐργασίας αὐτῶν, αἷς οὕτως ἐργάζονται τὰ ποιητικὰ, καὶ τῶν παθητικῶν τὰ εἴδη. Hæc eſt vera & genuina diſtri-

distributio, in re pariter & ratione fundata, quæ ex activorum efficientiâ & passivorum affectibus duo summa operationum genera cōstituit: quæ in primo genere computat generationem & transmutationem formarum, quas ex subiectis suis chymici educunt vel in subiecta sua introducunt, mox oppositæ meminit corruptionis & putrefactionis: Nam hâc quoq; Chymicis non displicere video, quam satius fuisset, eâ saltē ratione ad artem retulisse, quâ privatio ad eandē cum habitu categorian reducitur: Sicuti neq; id absurdum sit, apepsian cū suis speciebus cruditate, inquinatione & tostione longè proculq; se movere ab arte, quæ cultum studiumq; profitetur coctionis, maturationis, elixationis, assationis, quas ceu ἐχόμενα εἴδη, simplici generationi & naturali transmutationi subiunxit Aristoteles, quibus etiam prolixè expositis, ad passivorum, humidi & sicci species transit. In quibus, dum, quomodo humida inarescant, arida diffluant: quomodo illa evaporent, hæc exhalent, edocet: Non tantum alterum operationum genus constabilivit, verum etiam vniversum chymicæ encheireseos curriculum absolvit & consummavit.

86. Beguinus vero hæc omnia confudit, nulla alia de causa, quàm quod principia operandi eiusq; deq; haberet. Quum enim, ut Gluckradius ait, Chymici potissimum non respiciant ad qualitates primas, ab hisce autē technurgian omnē dependere superius demonstratum sit: fieri utiq; nequivit, quin omisso eorum respectu, quæ operationum causa sunt, etiam in operationibus *In Beg. pag. 130.*

con-

constituendis mirifica oriretur perturbatio: atque adeò non tantum, quæ ad coagulationem pertinerent, solutioni immiscerentur, & vice versâ, quæ ad solutionem spectarent, coagulationi addicerētur; verū etiā quæ neutrius essent, ad utrāq; raperentur, & quę utriusq;, uni appropriarentur: quâ de re alibi ex professo actū est.

87. Quanto verò melius satiusve fuisset, Aristotelis servasse ordinem, & coagulationē cum oppositâ solutione retulisse ad humidi & sicci passiones. Ei autem solutioni, quæ mistum in sua principia redigit, si quæ talis per artem datur (quod quidē ego hactenus inficior, quum quę putantur principia, sint novellæ mixti species, nec magis principia mixti, quàm fumus, flam̄a, cinis) si, inquam talis solutio datur, ei in genesi & transmutatione mixti assignasse, quē merebat, locum: At calcinandi rationē omnem coagulationi, cui unicè debetur, reddidisse; Sublimandi & destillandi artificiis cōdecorasse atq; auxisse ea, quę de evaporatione atq; exhalatione nō tantū in quarto sed & in reliquis tribus meteorologicōn libris ubiq; ꝑpemodum philosophus inculcat; Digestionē porrò, putrefactionē, (seplin enim cum pepsi confundere & chymicis visum) circulationē, macerationē, fermentationem, & si quæ sunt cognatæ functiones, ad coctionē eiusq; species reduxisse, deniq; nec extractionē specialiter ita dictam, à coagulatione diremisse, nec reliquas etiam extractionis generaliter ita dictæ species, quas non nominavi, à sicci & humidi passionibus alienas censuisse.

88. Nunc ut quæ nova non sunt, nova appa-

re-

rerent: dissimulanda fuerunt & supprimenda operationum principia, & formæ operationũ novo ordine confundẽdæ, novâ confusione ordinandæ, tũ novis etiam nominibus velanda res, quã Aristoteles eumq; secuta posteritas Chymicos primùm edocuit. Nã eodẽ è fonte, vnde calcinationẽ hauserunt, eos, & extractionẽ cum suis specieb. & coagulationẽ huiusq; modos ac formulas hausisse, Stagirita nos & Anazarbeus docebunt.

89. Geminus ille vapor, è quo omnẽ ferè meteorologian suã philosophus condidit, vniversæ tũ sublimationis tum distillationis, & siccus quidẽ sublimationis, humidus distillationis, fundamentum est ac fundus. Propterea *Sublimatio* non magis ignota fuit Aristoteli, quã *καπνὸς, λιγνὺς κνίσσα*, aliæq; id genus formæ, quarum in nono quarti meteorologici meminit, quæ per exhalationẽ siccã ꝓducuntur. In quibus & cadmia numerari potest, & pompholyx, & argentũ vivum, ꝙ ex minio fit, quarũ omniũ confecturas & generationes Dioscorides tradidit *lib. 5. capp.* 84. 85. 110. Cęterũ *Distillationis* vestigiũ habes in septimo quarti meteorologici: *ἀπεόχεται δ' ἀπὸ πάντων τῶν τοιούτων ξηραινομένων, τὸ ὕδωρ. σημεῖον δ' ὅτι τὸ ὕδωρ, ἡ γὰρ ἀτμὶς συνίσταται εἰς ὕδωρ, ἐάν τις βούληται συλλέγειν.* Similia leguntur in tertio secundi meteorologici: *καὶ γὰρ οἶνος καὶ πάντες οἱ χυμοὶ, ὅσοι ἀνατμίσαντες πάλιν εἰς ὑγρὸν συστῶσιν, ὕδωρ γίγνονται.* Expressior distillationis imago in nono primi meteorologici, ubi de generatione pluviæ agitur, apparet: Expressissima omnium in septimo secundi de partibus animalium conspicitur, quam & nos adscribemus, quia etiã alteram

teram illam complectitur: ἀναθυμιομένης γὰρ διὰ τῶν φλεβῶν ἄνω τῆς τροφῆς, τὸ περίττωμα ψυχόμενον διὰ τὴν τοῦ τόπου δύναμιν, ῥεύματα ποιεῖ φλέγματος καὶ ἰχῶρος. δεῖ δὲ λαβεῖν, ὡς μεγάλῳ παρεικάζοντι μικρὸν, ὁμοίως συμβαίνειν ὥσπερ τὴν τῶν ὑετῶν γένεσιν. ἀναθυμιωμένης γὰρ ἐκ τῆς γῆς τῆς ἀτμίδος, καὶ φερομένης ὑπὸ τοῦ θερμοῦ πρὸς τὸν ἄνω τόπον, ὅταν ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς γῆς γίγνηται ἀέρι ὄντι ψυχρῷ, συνίσταται πάλιν εἰς ὕδωρ, καὶ ῥεῖ κάτω διὰ τὴν ψύξιν πρὸς τὴν γῆν. Verùm hæc *Rectæ* distillationis schemata sunt. *Obliquæ* idea deprehenditur apud Dioscoridem *lib. 5. cap.* 88. ubi rationem monstrat conficiendi florem æris. Æs enim in fornacibus fusum & in receptacula delabens, per cola fistularum ad ea pertinentium, nemo stillare negarit: Cuiusmodi fuisse & picis conficiendæ modum ex Theophrasto colligo, ex Plinij verbis concludo, quæ habentur *lib. 14. cap. 11.* Primus, inquit, sudor, aquæ modo fluit in canali, sequens liquor crassior jam picem fundit. Situs canalis, obliquæ stillationis exempla utrobique demonstrat, tametsi picis confectionem ad destillationem per descensum Beguinus referre malit.

Pharmac. restit. c. 4. 90. Quercetanus verò, quando distillationẽ spagiricum esse inventum scribit, eamq; suæ sectæ mancipare studet: Magnum certè præiudicium facit & antiquitati, cuius jam testimonia audivimus, & Beguino, qui eam ex pluviis & catarrhis, imò etiam ex ollis & patinis derivavit, & sibi ipsi, qui florem salis eiusq; spumam agitatione speciem quandam distillationis præ se ferre cu-

ſe, cuiuſmodi & in lactis agitatione ſe prodat, *Defenſ.*
refert: Quin, ſi Quercetano habenda fides, di- *herm.*
ſtillatione in creatione facta eſt ſeparatio uni- *med.pag.*
verſi. Nec impedit, quod chymici varia inſtru- *214.pag.*
menta adinvenerint, quorum fabrica antiquis *282.*
ignota fuerit. Nam inſtrumentorum vel varietas vel novitas, non importat novitatẽ operationis. Hoc ipſum expreſsè docet philoſophus in tertio quarti meteorologici: *καὶ οὐθὲν διαφέρει ἐν ὀργάνοις τεχνικοῖς ἢ φυσικοῖς ἐὰν γίγνηται· διὰ τὴν αὐτὴν γὰρ αἰτίαν πάντα ἴσαι.* Nam, ut paulò poſt differit, *γίγνονται μὲν τέχνῃ· ἔστι δὲ, ὥσπερ λέγομεν, τὰ εἴδη καθόλου ταυτὰ καὶ φύσει. ὅμοια γὰρ τὰ γιγνόμενα πάθη, ἀλλ᾽ ἀνώνυμα· μιμεῖται γὰρ ἡ τέχνη τὴν φύσιν. ἐπεὶ καὶ τῆς τροφῆς ἐν τῷ σώματι πέψις, ὅμοια ἑψήσει ἐστί.*

91. Quamobrem nec Ioanni Baptiſtæ Portæ *in prooe-*
adſtipulor, qui diſtillationẽ Neotericorum eſſe *mio lib.*
invẽtum affirmat. Nam quod illa ars admirabi- *10. Mag.*
lis docet, docuit & Ariſtoteles, ut videlicet gra- *Natur.*
via corpora fiant ſpiritus & ſublimẽt, & ſpiritus craſſeſcant & corpora evadant. Hæc enim ipsũ docet; qui quid evaporatio, quid exhalatio, quidq; coagulatio ſit, docet: quod Ariſtotelem feciſſe, oſtenſum eſt. Neotericis licuit nova nomina fingere; varia organa excogitare, quibus quæ â vetuſtate acceperunt, ampliùs excolerent; neq; tantum *rectificare, cohobare* & ſimilia ſatagere: verum etiam diſtillationi immiſcere, quæ à diſtillatione maximè aliena ſunt: quemadmodũ *Filtrationem* & *Deliquium* obtorto collo ad deſtillationem Beguinus traxit. Nihil enim cum evaporatione, nihil enim coagulatione nec filtratio

parti-

participat nec deliquium. Neq; illa magis à colaturâ distat, quàm à filtro colum. Deliquij verò origo manifesta est in quarto meteorologico, in calce capitis sexti: τῷ γὰρ ξηρῷ θερμῷ ἐναντίον ψυχρὸν ὑγρόν. εἰ οὖν ἐπήξε θάτερον, θάτερον λύσει· οὕτω γὰρ τὰ ἐνάντια ἐστὶ αἴτια τῶν ἐναντίων. Exemplū apud Dioscoridem extat, ubi facem vini calcinatam non nisi recentem iubet in usum promere, aut talem, quæ in reconditorio aut vase aliquo asservata sit: quoniam, ut ille ait, ταχὺ διαπνεῖται lib. 5. cap. 132.

92. Destillationi porrò Beguinus subiungit *Digestionem, Putrefactionem, Circulationem, Macerationem, Fermentationem*: quas operationes; quia ipse Quercetanus ad tres illas coctionis seu πέψεως differentias, in quarto meteorologico traditas videlicet ad πέπανσιν, ad ἕψησιν, ad ὄπτησιν reduxit: possumus ipsius industriæ acquiescere, & prolixiore earum conditione supersedere. *Extractionem* verò *specialem*, quatenus ab illis primum ortum ducit, eatenus huc etiam referre: Quatenus autem supremam ei manum coagulatio imponit, eatenus eam coagulationi subijcere, non tam possumus, quam debemus.

Pharmac. rest. c. 6.

93. *Coagulationis* autē vniversæ theorian Aristoteles in sexto quarti meteorologici plenissimè ac planissimè exponit: ὅσα δὲ κοινὰ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς πήγνυται, καὶ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ παχύνεται δὲ ὑπ' ἀμφοῖν, ἔστι μὲν ὡς τὸν αὐτὸν τρόπον, ἔστι δ' ὡς ἄλλως ὑπὸ μὲν θερμοῦ τὸ ὑγρὸν ἐξιόντος. ἐξατμίζοντος γὰρ τοῦ ὑγροῦ, παχύνεται τὸ ξηρὸν, καὶ συνίσταται· ὑπὸ δὲ τοῦ ψυχροῦ τὸ θερμὸν ἐκ-

θλίβοντος

ίβοντος μεθ' οὗ τὸ ὑγρὸν συναπέρχεται συνεξατ-ζον. Hæc ad praxin transferẽs Dioſcorides, ex-ahendi rationẽ, ut infrà patebit, aſſecutus eſt. oc magiſtro, & Chymici didicerũt, diſcere cer-potuerunt, quonam pacto, quæ fluida quæq; quida ſunt, cogẽda eſſent ac ſpiſſanda. Ariſto-lem intelligo; qui nõ minus perfectè in quar-meteorologico chymian abſolvit, quam geo-etrica & arithmetica in ſuis elementis Eucli-es. Quam quidem comparationem ex vltimo pite libri ſui de conſtitutione naturalis ſcien-æ Zabarella mihi non invidebit, quæ eſt & pro-ſito meo accommodatiſſima, & rem ex-amuſ-m explicat.

94. Quemadmodum enim multa ſunt geo-etrica & arithmetica theoremata, quæ ab Eu-ide demonſtrata nõ ſunt, demonſtratur tamen alijs in ipſa librorum Euclidis interpretatio-e, nec tamen ob id manca & imperfecta cenſe-ar Euclidis geometria vel arithmetica: ita cre-endũ omnino eſt, etiã in hac ipsâ, quam tracta-nus, materia, non ſolũ prætermiſſa ab Ariſtote-fuiſſe multa; quoniam ipſi fuerint incognita; ed omiſſa etiam ab eo plura fuiſſe; quæ novit ed ſcribere noluit. Sicuti autem ſatis fuit Eucli-i, præcipua quædam theoremata demonſtrare, x quibus poſtea aliorum plurimorum, quæ bſtituit, imò omnium, quæ excogitari poſ-int, demonſtrationes deducerentur: Ita & hoc ertum eſt; fundamenta ac ſemina ab Ari-otele jacta eſſe, vnde emanare etiam illo-um, quæ non ſcripſit, cognitio poſſit, quibus & poſteri

posteri adjuti, alia multa contemplari potuerint, & in eorum omnium notitiam deduci, quibus artis chymicæ systema absolvitur: ut dicere possimus, integram perfectamq; alchymiian in quarto meteorologico, si non actu, saltem virtute ac potestate contineri: id quod in principiis formalibusq; actionum hactenus vidimus, in obiecto & operibus deinceps videbimus.

CAPVT IX.

Docens, Objectum chymiæ esse idem cum Subiecto quarti meteorologici.

lib. 1. Tyroc. cap. 1. 95. OBjectum artis huius (verba sunt Beguini) corpus mistum concretumq; statuitur, non quà illud est mobile; ita enim physicæ considerationis est: verùm quatenus solubile ac coagulabile. Talia autem sunt vel imperfectè mixta, ut ros, grando, nix; vel perfectè mixta, ut plantæ, frutices, metalla, lapides, arbores, & animalia omnis generis. Vt suprà ostendimus, eiusmodi restrictio non abscindit mistum à corpore scientię naturalis, sed potius quarto meteorologico illud ipsū penitus atq; penitus inserit. Sive enim generatim obiectū artis sive speciatim cōsideres: Idem tibi occurret subiectū, cuius affectiones philosophus in quarto meteorologico quæsivit ac demonstravit.

96. Corpus mixtum concretumve, quod ceu obiectum arti suæ Beguinus substravit, idem, ut subiectum ei physices parti substat, in quam cadit misti perfecti, homogenei, similaris amplissimè sumpti contemplatio. Nec obstat quod & imperfectè mixta, ut rorem, grandinem:

nem, nivem Beguinus obiecto suo incluserit. am nec philosophus à quarto meteorologi glaciem, nivem, grandinem, pruinam abalievit, vt patet in capite decimo. Fuit vtriq; fas, imperfectè mixta ad hanc palæstram vocare, atenus de affectibus mixti perfecti homogei participarent: Quemadmodum dissimila quoque & hunc & illum huic negocio involsse videmus: non tamē alia ratione, nisi quod rtibus constent eiusmodi, cuiusmodi inter sta perfecta homogenea similaria referri mentur.

97. Nam veluti Beguinus in hoc censu comtat plantas, frutices, metalla, lapides, arbos, & animalia omnis generis: Ita & Aristotes in primo quarti meteorologici in plantis & imalibus & partibus ipsorum, subiectum suæ ctationis collocavit, hisce verò in decimo nō ntum metallica adiunxit, verùm etiam & melicorum species, & animalium plantarumq; rtes prolixo catalogo enumeravit. λέγω δ' ὁμοιμερῆ, οἷον τά τε μεταλλευόμενα, οἷον χρυσὸν, χαλκὸν, ἄργυρον, καττίτερον, σίδηρον, λίθον, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα, καὶ ὅσα ἐκ τούτων γίγνεται ἐκκρινόμενα· καὶ ἐν τοῖς ζώοις καὶ φυτοῖς οἷον σάρκες, ὀστᾶ, νεῦρον, δέρμα, σπλάγχνον, τρίχες, ἶνες, φλέβες. ἐξ ὧν ἤδη συνέστηκε τὰ ἀνομοιομερῆ, οἷον πρόσωπον, χεὶρ, πούς; καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα· καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς ξύλον, φλοιὸς, φύλλον, ῥίζα, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

98. Quanam autem ratione hæc omnia ad biectum quarti meteorologici pertinerent, ipsum abundè explicavit Zabarella in capite

sexto supra vicesimum libri de naturalis scie-
tiæ constitutione: Vbi omninò subscribit e-
rum sententiæ, qui huius quarti libri subiectu
statuunt, corpus mistum similare amplissim
sumptum, quod & lapides, & metalla minera
que omnes, & partes quoque homogeneas an
malium & stirpium complectatur. Simila
autem corpus (ita enim pergit) dicitur, quand
totius & partis cuiuslibet idem est nomen,
eadem definitio, vt aurum, ferrum, lapis, sulfu
caro, nervus, os, lignum, cortex, pilus, & al
huiusmodi. Sententiam hanc ex huius lib
lectione comprobat: Omnes enim, quæ in e
tractantur affectiones, proprias esse affection
corporum mistorum similarium, nec dissimil
ribus competere, nisi quatenus competunt s
milaribus, quæ sunt in eis, idque hunc libru
legentibus ita manifestum esse, vt nullâ ege
declaratione: posse itaque nos sic argumenta
Illud est subiectum, cuius affectiones quæru
tur: Atqui corporis misti homogenei affecti
nes hîc declarantur: hoc igitur huius libri sul
jectum est. Idem illud ipsum Zabarella confi
mat vlteriùs ex eo loco, vbi Philosophus ait: λ
βωμεν τῶν ὁμοιομερῶν ποῖα γῆς εἴδη, ἢ ποῖα ὕδατ
ἢ ποῖα κοινὰ in decimo quarti meteorologici. I
duodecimo Aristotelem dicere dicit, se de sim
laribus corporibus ac de eorum affectionibus
gere, nominareque ea omnia similaria, quæ su
pra memoravimus, metalla & lapides, carnem
lignum, corticem, aliasque omnes homogene
as plantarum & animalium partes: In postrem
quo

oque contextu asserere, se de similaribus e-
.., proponereque postea agendum de dissi-
laribus, cuiusmodi sunt in animalibus caput,
nus, crus, & cætera membra; In plantis verò
lix, ramus, fructus, & alia eiusmodi.

9. Summa dictorum hæc est: Aristotelem
hoc libro non tantum mineralium exempla
ducere, verum etiam aliorum mistorum; de ijs
nen hîc loci non agere secundum propriam
ionem, & prout sunt lapides, metalla, plantæ,
plantarum animaliumve partes: sed secundũ
ionem communiorem, quâ sunt mista perfe-
vel mista perfecta similiaria: proindeque o-
ia illa, quæ in quarto meteorologico tractã-
, propriè competere mistis perfectis similari-
s, non dissimilaribus, nisi ratione similarium,
æ eorum partes sint. Hoc enim sibi voluit
ilosophus, quando in limine capitis duode-
ni ita orditur: ἐπεὶ δὲ περὶ τούτων διώρισαι, καθ' ἕκαστον λέγωμεν τί σάρξ, ἢ ὀστοῦν ἢ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοιομερῶν· ἔχομεν γὰρ ἐξ ὧν ἡ τῶν ὁμοιομερῶν φύσις ἕστηκε. τὰ γένη αὐτῶν τίνος ἕκαστον γένους, διὰ τῆς σεως. In fine ita concludit: ἐπεὶ οὖν ἔχομεν, τί- γένου ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν, ληπτέον καθ' ἕκα- εστιν· οἷον τί αἷμα, ἢ σάρξ, ἢ σπέρμα, καὶ τῶν ἄλλων ἕ- τον Quibuscum & vltimus paragraphus egre-
consentit.

100. Hanc ob caussam rectè asserimus, falli
, qui dicunt, Chymiæ objectum esse minera-
vegetabilia, animalia: Nisi fortè obiectum
n per se sed per accidens intelligant. Nam
s quoque subiectum quarti meteorolo-

gici non aliud quam ex tribus illis conſtituim
Sic tamen, vt non ſecundum propriam ratio
ea ad obiectum venire putemus, videlicet qu
tenus ſunt mineralia, vegetabilia, animalia: ſ
eâ, vt diximus, conditione, quatenus vel mi
perfecta ſimplicia ſunt, vel ex miſtis perfec
ſimplicibus componuntur.

101. Atque idcircò non ſine cauſa arbitr
mur, multum turbarum in phyſicâ dediſſe ch
micos, neglectâ determinatione hac, quæ fo
mam mixti à forma viventis ſeu animati diſc
nit ac ſeparat: ſeparare certè ac diſcernere
pag.14. bet, niſi cœlum terræ miſcere animus ſit. Qu
quam enim Quercetanus in excurſione con
pag.8. Riolanum non veretur cœlum in terram dev
vere, terram in cœlum ſuſtollere; Quoniam
men ipſe adverſarium ſuum increpat, quod cu
aqueis oleoſa, nulla permiſtione amicâ, aut cu
terreis parum etiam ſocijs aëria, denique aqu
cum igne inſcitè & perperam confundere co
retur: præterea cæleſtia cæleſtibus, aquea aqu
is, & terreſtria terreſtribus committenda e
non contra, quia nullo alioqui complexu co
D.H.M. p.296. venire poſſunt, contendit: Puto nobis quoq;
citum eſſe, non tantum, quæ diſtinctiſſima ſu
ab invicem diſtinguere, verùm etiam Querc
tanum & ſocios redarguere, qui & animam cu
formâ mixti, & naturam cum animâ, & ina
ma cum vivis, & quod hinc conſequi par er
affectiones animę cum affectionibus formę m
xti, non minus perperàm & inſcitè confundu
quàm judice Quercetano, Riolanus elemen
cu

m elementis. Et quia confusio omnis inde mi-
emanasse videtur, quod de formâ mixti minus
ctè senserint, huius autem exactior conside-
io ad obiecti elucidationem non tantum v-
s sed & necessaria prorsus est; juvat sine lon-
re morâ digredi hinc ad.

CAPVT X.

Quod agit de naturâ & constitutione corporis misti.

2. SIcuti ex partibus cognoscitur totum, quum totum nihil aliud sit, quam suæ tes simul sumptæ: Ita ex miscibilium percepone certum est nos in mixti cognitione proi, quoniam forma mixti nihil aliud est, quam mæ miscibilium in vnam formam redactæ, præclarè adversus Zimaram demonstrauit Zarella. Quemadmodum enim mistio, & misti eratio, docente eodem Zabarellâ, non re i- sed ratione duntaxat, aut, quod ego malim, daliter differunt: ita miscibilia & mixtum, pad rem vnum sunt, sed ratione seu potius do rei distinguuntur. Itaque ad mixti notiti- non pervenitur, nisi cognitis principijs, qui- constituitur mixtum. *l. 2. de mot. grau. & lev. capp. 5. 6. 7. l. 1. de mist. gener. & inter. capp. 8. 9. 10.*

103. Iis autem principijs id constitui par per quæ tum agere tum pati aptum natum vt intelligas, non alijs principiis obiectum træ artis in essendo componi, quam quibus perando exerceatur. Nam & in quarto merologico harmoniæ huius ratio per quā evis conspicitur. Etenim de elementis eorum-

que viribus, vt ſunt principia operandi, ſatis [illegible] culenter ſtatim in ipſo limine opuſculi agit[illegible] Eorundem verò, vt miſcibilia ſunt, mention[illegible] expreſſam in octavo capite Philoſophus fac[illegible] ὥς ἐπεὶ ταῦτα (intellige calidum & frigidum) [illegible] ὑπάρχει διὰ τὸ ποιεῖν, ὑγρὸν δὲ καὶ ξηρὸν διὰ τὸ π[illegible] σχεῖν, μετέχει αὐτῶν τὰ κοινὰ πάντων. ἐκ μὲν [illegible] ὕδατος καὶ γῆς τὰ ὁμοιομερῆ σώματα συνίσταται ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν ζώοις, καὶ τὰ μεταλλευόμενα [illegible] χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα [illegible] In decimo, poſtquam catalogum contexui[illegible] ſimilarium, quæ nos quoque capite præced[illegible] te verbis Ariſtotelicis recenſuimus, hæc ſta[illegible] ſubiungit: ἐπεὶ δὲ ταῦτα μὲν ὑπὸ ἄλλης αἰτίας συ[illegible] ςηκεν, ἐξ ὧν δὲ ταῦτα, ὕλη μὲν τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρ[illegible] ὥστε ὕδωρ καὶ γῆ ταῦτα γὰρ περιφανεστάτην ἔχει δύναμιν ἑκάτερον ἑκατέρου· τὰ δὲ ποιοῦντα, τὸ θ[illegible] μὸν καὶ τὸ ψυχρόν· ταῦτα γὰρ συνίστασι καὶ πήγ[illegible] σιν ἐξ ἐκείνων ἐκεῖνα· λαβωμὲν τῶν &c. Om[illegible] in ſummulam contraxit in duodecimo: ἐκ [illegible] γὰρ τῶν στοιχείων τὰ ὁμοιομερῆ. Quare per Ari[illegible] telem iam non ampliùs obſcura ſunt mixti pr[illegible] cipia: Quorum diverſæ & adverſæ naturæ & f[illegible] mæ per mutuam actionem & paſſionem, in v[illegible] naturam & in vnam formam coaleſcentes, p[illegible] ximè & immediatè producunt ex ſeſe miſtu[illegible] quòd, vt ſupra demonſtravimus, & artis ob[illegible] ctum & quarti meteorologici ſubiectum eſt.

104. Ioannes Beguinus, quum præſenti[illegible] elemẽtorum in miſto, ipſis ſeſe quãuis noct[illegible] nis oculis ingerentem, negare non poſſet, ne[illegible] men ſuis principijs vel renunciare vel derog[illegible] *Lib. 1. Tyroc. cap. 2.*

vic[illegible]

deretur, noluit nisi pro remotis misti principi-
elementa agnoscere. Integrum hîc contex-
m ex tyrocinio inseremus, quia magnam inde
cem mutuabuntur, tum quæ dicta sunt, tum
æ dicentur. Sunt autem Beguini verba hæc:
cut Aristoteles principia corporis naturalis „
rè statuit tria: Materiam, formam, & priva- „
onem, licet ea sint noëtica potiùs quàm hypo- „
tica. Et veluti Galen. quatuor elementa, igné, „
rem, aquam, terram pro principijs, etsi remo- „
, haut abs re astruit: Ita Chymicus opifex sen- „
tus, sensibilium corporum tria statuit princi- „
a sensibilia & proxima: Mercurium, sulfur, & „
l: sequiturque hac in parte ipsum Aristotelem „
rtio de cœlo textu 61. quem locum Petrus Ra- „
us ad nauseam vsque in scholis acroamaticis, „
hilosophi superiùs allegatis principijs oppo- „
t: & post eum Kragius contra Peripateticos „
ldè vrget. „
105. Quæstio est de principijs corporis na-
ralis mixti; quod ipsum dupliciter conside-
potest, vel vt est naturale, vel vt est mixtum.
lo respectu non minus ei competunt, mate-
a, forma, privatio: quam noësis intellectui.
Hoc Querçetanus Beguinum docebit: qui natu-
m naturatam, si aptè & congruè diffiniatur,
iud nihil esse scribit, quam corpus omne na- *Def. herm. med pag. 121.*
rale formâ & materiâ constans. His enim
uabus ex caussis, nec tantum ex caussis,
d tanquam totius etiam compositi parti-
us omnem naturam hoc est corporale cor-
us omne constitui. Hoc idem & privatio-
 nis

nis capax esse, ex transmutatione Querçetan
demonstrari potest, quam supra ex pharmacc
cap.4. pœâ restitutâ adduximus. Quum enim, defici
ente Zabarellâ, privatio sit contrarium, ex qu
recedente res fit, sive absentia formæ in materi
cum potentiâ proximâ ad eam: quis non eâ i
lib 1. de transmutatione, in quâ forma naturalis disce
primâ re- dit, vt alia introducatur, vbi formâ linteamin
rum ma- intereunte, succedit forma papyri: vbi form
ter. cap. 7. metalli disparête, vitri forma invehitur: vbi pe
lis seu corij forma abolitâ, glutinis forma exsur
git: vbi ex herbâ cinis, & cinere sal, ex sale liquo
& mercurio vivo fixus pulvis fit: Ecquis non
inquam, in hisce transformationibus processum
à privatione ad habitum vel sensibus percipia
oculis vsurpet, manibus contrectet?

106. Quare Beguinus, qui ex materiâ, for
mâ, privatione principia facit noëtica: po
test eodem iure & naturam naturatam, &
corpus naturale, & transmutationes rerum na
turales figmentis ingenij humani annumerare
Quin potius pro realibus habere debet, quæ A
ristotelem verè statuere statuit, cum in vnoquo
que corpore naturali, in qualibet generation
& transmutatione naturali, manifestissimè oc
D.H.M. currant. Vnde & Querçetanus corrigere auda
p.126. cem sententiã potest, quâ decreuit tria illa prin
cipia esse notionum, intellectu potius quam
sensu perceptibilia.

107. Cæterùm quando corpus naturale cõ
sideratur, vt mixtum; tum ex quatuor elementi

pro-

proximè & immediatè componi dicendum eſt. Hoc enim ſibi volunt loca Ariſtotelis, quæ ſuprà allegauimus. Nam quod Beguinus elementa Galeno, Galenum elementis alligat, ſequitur in eo Quercetanum, qui non vno in loco Galeno exprobrat, quod omnia ex quatuor elementis eorumque facultatibus & craſi confecerit. Atqui verò longè antiquior Galeno Ariſtoteles, & prior Ariſtotele Hippocrates tot iam ante natos tum Ariſtotelem luſtris, tum Galenum ſeculis elementa quatuor introduxit, vt eſſent corporis miſti non remota ſed proxima principia, eaque tam ſolidis demonſtrationibus Ariſtoteles conſtabiliuit, quæ nullâ ratione concuti queant aut labefactari. Ad quarum lucem non miror chymicorum aciem caligare potuiſſe: Senſati enim ſunt artifices; non niſi ſenſibus ſuis habent fidẽ. Itaq; quũ ad ſenſum provocent, ducendi ſunt ad ſenſum, vt videant & cognoſcant, non alia eſſe principia mixti quâ mixtũ eſt, quã quatuor elementa, quorũ in congruâ vnione vnicè ſubſiſtat & cõſiſtat forma mixti. Et quoniam validis rationum momentis, Beguinus longè præfert inſpectionem ocularem; Nobis quoque non erit faſtidio, apodixin inductioni poſtponere, eademque exempla, quibus ille trium ſuûm ſenſibilium proximorum principiorum veritatem comprobare & elucidare conatus eſt, applicare inſtituto noſtro, vt per ea & ex ijs manifeſta fiat tum miſti cuiuſuis in quatuor elementa diſſolutio, tum quatuor elementorum in quovis miſto

D. H. M. p. 93. 94. 100. 102.

præſentia,&ad quodvis miſtum conſtituendum concurſus immediatus.

108. Ordiamur cum Beguino à ligno viridi, quod ſi concremetur, videbis in ſudore aquam, in fumo aërem, in flammâ & prunis ignem, terram in cineribus. Quod ſi Beguino placuerit ex eo colligere humidum aquoſum, cohibere humidum oleaginoſum, extrahere ex cineribus ſalem: Ego ipſi in vnoquoque horum ſeorſim quatuor elementa ad oculum demonſtrabo, eodem artificio, quo in ligno viridi ea demonſtravi. Humorem aquoſum admouebo igni: Ipſe aquam ebullire videbit, in vapore aërem conſpiciet, ignem ſentiet in æſtu, plus minus terræ in ſedimento apparebit. Humor porrò oleaginoſus aquam humiditate & fluiditate per ſe, accenſus verò ignem flammâ prodit, fumo aërem, fuligine, nidore & amurcâ terram. Salem denique ipſe Beguinus ſiccum vocat & terreſtrem: qui tamen nec fuſus aquam, nec cauſticâ vi ignem celare poteſt: Ignis verò violentia in halitus verſus nec ab aëre ſe alienum eſſe demonſtrat. Idem de lacte, de ovis, de ſemine lini, de garyophyllis, de nitro, de ſale marino, denique antimonio, quod fuit de ligno viridi iudicium: eadem de illorũ partibus, quas Beguinus adducit, ſententia, quæ de viridis ligni humore aquoſo, quæ de liquore eiuſdem oleoſo, quæ de ſale fuit. Cui quidem ſententiæ ac iudicio magnum robur multumque ponderis affert propria Chymicorum confeſſio, quâ coacti ſunt, integrum elementis relinquere locum,

quem

quem in mistorum œconomiâ Hippocrates & Aristoteles illis assignaverunt.

109. Etenim vniversa Chymicæ solutionis ratio, quam illi anatomian vitalem & interiorem vocant,& exteriori illi ac vulgari, vt vtilitate, sic & necessitate longè antefe unt,quam cælum philosophorum,& non minus quam organon Aristotelis instrumentum instrumentorum cognominant,etiamsi nihil nisi cœlum, spiritus, astra,formas,vitam,animam, crepet,si tamen penitiùs fuerit introspecta, non erubescet in quatuor elementa suâ quodammodo sponte relabi. Neque enim de nihilo est, quod Quercetanus in anatomiâ chelidoniæ aquam,aërem, terram,ignem, quæ malignè alias prævenit,ingenuè promit,nec alijs illam,quàm quatuor hisce absolvit: eademque methodo,melissæ, salviæ,valerianæ & reliquarum eiusmodi omnium veras præparationes absoluere docet. Beguinus idem fecit, quia ubi sanguinem eviscerat & deartuat, in medium profert elementum aquæ, elementum aëris, elementum ignis: quibus terram sanguinis maritat, vt coactis rursus in vnum, quæ distraxerat, elementis, clissum seu quintam essentiam fabricet.

Vide Querc. & Alexic. p. 176.177.

Lib. de med. Spagyr. præp. Sect. de Veget. c. 2.

Lib. 3. Tyrob. cap. 1.

110. Et hoc quidem pacto, dum ex plantis atque animantium partibus eadem, quæ nos ex ligno viridi protraximus,principia eliciunt, negare non possunt,quin corpora anatomiæ Chymicæ subjacentia, ex quatuor elementis componantur. Terram enim & aquam ambo

vltrò admittunt. Aërem verò nescit excludere *Quercet. Defens. herm. med.p 132.* Quercetanus. Vocat enim tertium rerum elementum, quod seorsim capi nequeat, sed vel in auras evanescat, vel sulfuri & mercurio permixtus maneat, ac inprimis mercurio adhæreat. *Beg. in fine cap. 3.* Atque inde est, quod cœlum, aërem, terram, aquam in nobis consistere pronunciet. *Def. herm. med. pag. 132.* Ignem denique, quem Beguinus non excludit, admittere etiam Quercetanus, velit nolit, cogitur, vtpote quem ipse & elementum & elementarem appellet. *Def. herm. med. pag. 106.*

111. Nec cogitet quispiam, inane esse aut ociosum elementi nomen. Nam quid sibi volunt *Lib. de priscâ medic. pag. 57* Ignes interni, quos artificem externo igne suscitare in Tetrade scribit: quid aliud regimen ignis tam interni quàm externi, cuius in pharmacopœâ restitutâ meminit, significet, *pag. 428.* quàm ignẽ corporibus natura insitum, cuius occultæ & inscrutabili virtuti & operationi non veretur ipsas *in fine c. 4.* etiam spirituum suûm operationes ac virtutes attribuere? Quod si ignis à mistis exulat, quur *Tetrad. pag 94.* igni mercurij interno facultatem metalla dissolvendi Quercetanus adscribit? Quur affirmare *Cons. de lue vener. pag. 363.* audet, si totum arvum sale puro consperſum aut etiam obrutum esset, magno illius incendio tellurem adustum iri? Annon ignis præsentiam in sale vis caustica atque incendiaria arguunt? *Def herm. med. pag. 210.* Ideoque quum sales alios terrenos esse diceret, alios aqueos, alios aëreos, aut quibus elementũ terræ vel aquæ vel aëris dominatur: Omnes etiam igneos dicere debuit, quippe quorum vim causticam nec dissimulauit, nec dissimulare potuit. *Def herm. med. p. 195*

tuit. Quanquam enim, vt supra ostendi, invisum sit Quercetano ignis nomen, vt & calorem eius vocarit futilem, ipsum verò ex elementorum ordine abegerit: Si tamen serium est odium eius, quæro ego, quur in consilio de arthritide pag. 249. & calculo ignis meminerit vitalis, calidi, generantis, atque conservantis? quur in libro de prisca medicinâ salem ignem naturæ: quur in pharmacopœâ restitutâ spiritum nitri ignem naturæ balsamicum: quur illîc sal nitri igneum flammamque concipiens pronunciavit? Scribit sulfurem nitri partem accedere ad primum illud movens naturæ, quod nihil sit aliud, quam ignis æthereus, qui non humidus sit aut siccus, non consumens, sicut ignis elementaris: sed ignis quidam cælestis, humor aëreus, calidus & humidus, & talis quidem, qualem ferè cernere licet in aquâ vitæ, ignis, inquam, contemperatus, vivificus: quam revera igneum esse Quercetanus inficiari nequit, qui igneam in aquâ vitæ vim & agnovit & fassus est: itemq; euphorbium, sagapenum, aliasq; id genus lacrymas igneæ esse substantiæ minimè dissimulavit.

cap. 2 pag. 11.

pag. mihi 381.

pag. 19. prisc. med.

pag. 20.

Def. herm. med. p. 206.

De spagir. med. præp. pag. 145.

112. Etsi enim igni exautorato cœlum suffecit, tamen non magis à cœlo ignem discernere novit, quam à mercurio & sulfure separare aërem. Cœlum, inquit, naturam ignis vsque adeò æmulatur, vt reverâ cœlum nihil aliud sit, quàm purus & æthereus ignis, nec purus ignis aliud quam cœlum. Licet Quercetano nominibus abuti, & cœlum ignem, ignem cœlum appellare, dummodo res maneat, ignisque non mi-

Def. herm. med. pag. 137. 138.

minus à mixtorum fabricâ, quàm reliqua tria elementa removeatur. Nec satis est, non removere, nisi etiam vt proxima mixti principia ponantur.

Lib. 2. Tyroc. c. 14. 113. Neque enim corporum naturaliū (mixtorum) materia remota sunt, vt Beguinus ait, sed proxima. Proximè enim ipse Beguinus ex ijs cōficit salem, fassus disertè, eum constare ex partibus diversis terreâ, aqueâ, igneâ: consistentiam ejus & soliditatem à terrâ esse, liquabilitatem ab aquâ, mordicationem ab igne; nos aërem addidimus, cujus symbolon & character est non in-*Lib. 2. c. 6.* euidens volatilitas. De mercurio ait, eum esse *Lib. 2. c. 13* corpus minerale compositū ex terrâ subtili sulfureâ & aquâ fortiter admixta, quibus si ignem Quercetani internum associemus, sponte suâ superveniet aër, merito cuius cum Quercetano mercurium nominare possumus ψυχοσώματον καὶ σωματόψυχον: Adeoque cum eodem auda-*Alexic. pag 404.* cter asseverare, quod in consistentiâ corporis mercurij omnia merè elemēta contineantur. Ac *Loco allegato.* veluti in mercurio & sale continentur, ita in reliquis quoque id genus mistis, pro suo cuiusque modulo ac captu contineri, rationi inprimis consentaneum est.

114. Quamobrem hisce hunc in modū constitutis, ad alia jam pergimus: ac veluti in mixtorum anatomiâ, inque mixtis integris quatuor elementa vidimus, ita in partibus, quæ ex mixtorum anatomiâ emergunt, eadem contemplari animus est, monstrantibus ijsdem, qui nō minus in integris corporibus quam corporum dissolutio-

tionibus quatuor elementa ab oculos nostros bonâ fide posuerunt. Nos certè, quam ipsis ligni viridis partibus, in quas studio Beguini id abiecrat, anatomicum scrutinium adhiberemus, ex vnaquaque earum quatuor elementa eruimus, vt iure optimo ad elementorum genus ac familiã possimus trium Chymicorum principiorũ prosapian ac natales referre, & , quod mirêris optimâ cum gratiâ tam Quercetani quàm Beguini : quos non contradicere sed consentire audies.

115. Equidem in sale Chymicorum eadem ratione, eadem methodo modoq; investigari ac demonstrari quatuor nostra principia possunt, quâ in sale vulgari ea apprehendimus. Nam non tantùm salis naturã repræsentat sal, cuius artifex Chymia est, vt in definitione tertij sui principij Quercetanus prodidit : verùm etiã verus sal est, vt idem in anatomiâ roris solis affirmavit ; qua de causâ illud idem salsum appellare non dubitavit, vbi quidnam esset descripsit. Quod si salis naturam repræsentat, si verus sal est, si salsus est, quod nemo nisi insensatus inficias ibit. Dubium non est, quin acrimoniâ suâ ignem, liquabilitate aquam, volatilitate aërem, soliditate terram; non minus quàm vulgaris, quem suprà exploravimus, sit ex abundanti patefactus. Nam pro terrâ ipse Quercetanus spondet, quando salem purè terreum esse dicit. Hoc certè peripatum sapit. Nam philosophus in quarti meteorologici capite decimo nitrum & sales terræ fœtibus annumeravit. Non est tamen tam purè terreus, quin de alijs etiam tribus elementis par-

Def. herm. med. pag. 131.

pag. 167.

Def. herm. med. p. 195 pag. 210. participet. Neque enim frustra est, quod Quercetanus pronunciavit, omnem salẽ esse aquam siccam, quod causticam salium virtutem expressè nominavit. Quod si acidum quoque ex sale chymico halitum, qualis ex vulgari elicitur, vidit, qui deintegrâ salis sui anatomiâ in defensio- *pag. 225.* ne hermeticæ medicinę gloriatur, potuit pariter in sale chymico mercurium suum, in mercurio aërem animaduertere. Quemadmodum enim, qui ex sale marino exprimitur spiritus acidus, eũ mercurio Quercetanus mancipat: Ita qui ex sale spagirico simili modo exhalat, non potest nõ in mercurij ditionem transcribi, & mercurij intercessione in aëris familiaritatem & cognationem cooptari. Et sic quidem quatuor elementa in sale spagirico ad oculum patent: nec magis in mercurio & sulfure latent. *Def. herm. med. pag. 148.*

Def. herm. med. pag. 131. lib. 1. Tyroc. cap. 2. 116. Etenim mercurium suum Quercetanus æthereum corpus, aëream substantiam nũcupat. Beguinus eundem elemento aëris & aquæ confert: Illi quidem quatenus caloris viciniâ alteratus facilè in auras abit: huic quatenus ea difficulter proprio, facile autem alieno termino continetur. Propterea etiam aquosum illud ignibus inimicum, quod ex ligno viridi accenso primò egreditur, quodq; in fumum conversum, si colligatur, in aquam resolvitur: id, inquam, ipsum mercuriũ appellavit.

117. At humorem oleaginosum, facilè inflammabilem, cui sulfuris nomẽ indidit, negare non potest, igni assimilari, propter flammam, quam facilè concipit. Alibi asseverat, omnia o- *lib. 1. Tyroc. cap. 6.*

lea

ea inter aëris & ignis naturam ambigere; & quo acriora sunt; & magis ignea: quo minùs aëria, eò magis ætherea & aërea censeri. Idq; eò minus mirum videri debet; quòd & ipsos spiritus, partim de aquâ partim de igne participare author est; & prout sunt vel aquosiores vel magis oleaginosi pro eo etiam vel aquam vel oleum dici. Ipse Quercetanus, igni tantoperè infensus, disertè fatetur, sulfur suum ignis, seu caloris naturalis pabulum esse. *lib. 2. Tyroc. cap. 4.*

118. Ac ne quis putet, mercurium & sulfur et similitudinem magis seu analogian aquea, aërea, ignea dici; quàm per naturam essentiamque suam talia existere: Huic quidem dubitationi occurrit ipse Beguinus, quando spiritus suos de aquâ & igne participare, testatur: partem videlicet de igne, partem de aquâ capere; quomodò inter aëris & ignis non similitudinem sed naturam ambigere etiam olea dicuntur. Inde est, quod igni admota; ignoscant; aërescant; aquescant, ut Beguinus in mercurio suo observavit. Nec Quercetanus; quum sulfur ignis pabulum dixit, igneam sulfuris naturam negare potest. Nam, quod multis in locis docet atque inculcat, similia similibus delectantur, celestia celestibus; terrea terreis; aquea aqueis; aëriis aëria. Non potest ignem pascere, quòd alienum ab igne est vel abhorrens. Vnda cùm occidit: sulfur & olea alunt. Iam si idem est nutrimentum cum nutrito; eademque sunt illa, ex quibus constamus & ex quibus vivimus: Nihil impedit, *Defens. herm. med. p. 297.*

De Sign. rer. inter. p. 129. quo minus concludamus, sulfur Chymicorum, quia ignis nutrimentum sit, esse reverà igneum.

119. Sunt itaque sulfur & mercurius Chymicorum verè ac realiter talia, qualia dicuntur. Dicuntur autem aquosa, aëria, ignea, ob exsuperantiam huius vel illius elementi, vel plurium simul. Terra autem quæ non nominatur, non magis à mercurio & sulfure excluditur, quam aër, aqua, ignis à sale removentur, quum terreus appellatur. Et nos suprà in anatomiâ ligni viridis, inque ipsâ partium ex ligno resoluto ortarum anatomiâ, omnia quatuor elementa, oculari fide demonstravimus, ut verè dicere possimus, formas trium principiorum Chymicorum verè esse elementares, nec aliunde quàm ex elementorum stirpe ac propagine oriundas.

120. Nam hoc ipsum manifestum etiam fit ab affectionibus, quas illis suis tribus primis ac postremis Chymici attribuunt. Quoniam alterari à calore, evaporare, exhalare, difficulter proprio facilè autem alieno termino contineri, viscidum esse, flammam concipere, siccum esse, liquidum, viscosum, densum, molle, fluidum, rarum, solidum, aliæque id genus tum passiones tum qualitates, quas principijs suis Quercetanus & Beguinus in unius cuiusq; principij naturâ describenda adscribunt, nonnisi ab elementis eorumq; potentijs & crasi, cui Quercetanus tam vehementer infestus est, proficiscuntur. Quâ de causâ verè à Quercetano *de prisc. medic. c. 4.* dictum

ctum, principia illa tria, tametsi simplicissi-
a & purissima, verè tamen elementaris na-
ræ esse: Neque enim satis est, ea cum elemen-
conferre, comparare, elementisque assimi-
re, quod ille & Beguinus fecerunt: Sed ve-
i ob simplicitatem mixtis homogeneis si-
laribus perfectis annumerari merentur: ita
naturam ac proprietates elementorum, quas
cumferunt, necesse est elementorum prosa-
penitus atq; penitus inserantur.

121. Hisce ita constitutis ac determinatis,
n est nobis diu deliberandum, quid de lacte
sq; substantijs butyrosâ, serosâ, caseosâ: quid
ovo eiusque albumine, vitello, pellicula &
amine: quid de semine lini, eiusq; oleo, a-
â, & sale: quid de garyophyllis, eorumque a-
â, oleo, & sale: quid de nitro eiusq; aquosita-
pinguedine & sale: quid de sale marino eius-
e mercurio dulcacido, dulcibus cristallis &
fixissimo: quid denique de antimonio, e-
que regulo, rubro sulfure & sale, si quis ta-
datur; fieri velimus. Quanquam enim hæc
nia Beguinus solutioni suæ suisque principijs
ommodavit; Nos tamen & illa, & quæ
terea in defensione medicinæ hermeticæ,
æ in priscâ medicinâ, quæ in internis rerum
naturis, quæ alibi, eam in rem Quercetanus
ducit, non alio referimus, quàm quo anato-
as Chymicas ligni viridis plantarum, sangui-
humani: quo objectum anatomijs chymicis
stans, quo denique partes ex anatomijs Chy-

micis enatas jam modò retulimus: quo & Chy-
mici sua referre, si sapiunt, discent. Et ut eò faci-
liùs discunt, præeuntem habent Quercetanum
pag. 50. in disputatione adversus Aubertum, Vbi ovum
seu elixir Chymicorum philosophorum descri-
bens, lubens ac libens quatuor subscribit ele-
mentis. Corticem, inquit, terram appellant: pel-
liculam, aërem: albumen, aquam: & vitellum
ignem.

122. Atq; idcircò textus Aristoteles, quem
Beguinus adducit, nec tria principia Aristote-
lica opprimit; nec quatuor elementa convellit;
nec tria Chymicorum prima ac postrema erigit;
nec Ramum juvat; nec Kragium fulcit, nec
Beguino patrocinatur. Verba Aristotelis sunt:
Δεῖ γὰρ ἴσως τῶν μὲν αἰσθητῶν αἰσθητάς· τῶν
ἀϊδίων ἀϊδίους, τῶν δὲ φθαρτῶν φθαρτὰς εἶναι τ
ἀρχὰς, ὅλως δ' ὁμογενεῖς τοῖς ὑποκειμένοις. Qui
hunc textum & principiis aristotelicis oppo-
nunt, & contra peripateticos valdè urgent;
pro principiis Chymicorum allegant: Iis omni-
bus ac singulis ego vicissim oppono, contra e-
dem urgeo; & pro principijs aristotelicis tum
pro quatuor elementis allego paragraph
duos, qui proximè ante illum leguntur: συμβαί-
νει δὲ περὶ τῶν φαινομένων λέγουσι, μὴ ὁμολογού-
μενα λέγειν τοῖς φαινομένοις. τούτου δ' αἴτιον τὸ μὴ κα-
λῶς λαβεῖν τὰς πρώτας ἀρχὰς, ἀλλὰ πάντα βού-
λεσθαι πρὸς τίνας δόξας ὡρισμένας ἀνάγειν. Certè e-
nim de apparentibus dicentes, non consen-
nea dicunt ijs, quæ apparent; quia non benè c-
piunt summa principia, & omnia volunt

quasdam

uaſdam determinatas præconceptasq́; opinio-
es reducere.

123. Quandoquidem ſi forma & materia non
nt ſenſibiles, neque corpus naturale eſt ſenſi-
le, cuius ſolius proprium eſſe, ut tangendo pa-
atur, ſcribit Quercetanus. Corpus autem na- Defenſ.
rale, aſpectabile & contrectabile conſtat herm.
ateriâ & formâ, vt ſuprà ex Quercetano au- med.p.
vimus. Hîc illud addimus, quod alibi ſcri- 104.
t: Eſſentia dat eſſe rei. At eſſentia conſtat confer in-
ateriâ & formâ. Ergo non ſola forma eſt, frà cap.xi.
æ dat eſſe rei, ſed materiæ juncta. Anima num.152.
do, eſtne homo? Corpus humanum itidem, D.H.med.
ne homo? Perperam reſpondeas, ſi vtramq; pag.258.
item ſeorſim hominem eſſe dixeris. Neq; e- "
m anima homo eſt, nec corpus homo. At ani- "
a & corpus ſimul juncta hominem conſtitu- "
t. Ex dictis ita argumentor contra Beguinum "
Quercetanum: Et principia, per quæ corpus
turale, per quæ homo incurrit in ſenſus, ſunt
nſibilia: Atqui per materiam & formam tum
rpus naturale in genere, tum in ſpecie homo
currit in ſenſus. Ergo materia & forma ſunt
ncipia ſenſibilia.

124. Præterea, ſi generatio & tranſmutatio
um eſt ſenſibilis, ſenſibilis eſt & privatio, quæ
terminus à quo, & forma privationis expul-
x, quæ terminum ad quem conſtituit, recens
vena materiæ, quæ ceu ſubjectum generatio-
& tranſmutationis cuiuslibet, tam privatio-
quàm formæ ſubiacet. Nam Quercetanus,
i tria hæc principia pro nationalibus habet,

consulat sensus suos, & videbit, abolitâ form linteaminis, successisse formam papyri: form metalli recedente, introductam vitri formam fuisse, denique reliquas transmutationes conti deret, quas ex eo contra eum jam tertiâ vice ac ducimus, ut probemus, quod reverà extra intel lectum & materia & forma & privatio subsi stant.

125. Potuit, vt constat, de materia & form nobis assentiri: At de privatione horrendum fulgurat excursione in Riolanum. Non firmico pag. 14. " re, inquit, iudicio tueris privationem esse ter " tium rerum principium. Quale enim istud fuerit " principium, quod nihil confert, unde aliquid " oriatur? præterea, cum privatio defectum no " tet, & potiùs sit habitus extinctio, ut cæcitas vi " sûs, quàm alicuius rei exhibitio, & ad rem in " choandam, materialis aut spiritualis essentia " collatio, cur phantasma hoc ex scholâ tuâ tam " inani & absurdâ veris opponas philosophis " Nunquid adhuc potuisti comprehendere, quod " toties tibi & rationibus & exemplis à grano " tritici petitum inculcavi: quod in suam primam " materiam reducendum est à naturâ, hoc est, in " spiritum corporeum, aut corpus spirituale pro " prietates trium hypostaticorum principiorum " retinens, ut sensim ex nutrimento spirituum e " lementarium individuum ordiatur, & corpus " eius provehat, dum ad suas perfectas dimensio " nes tandem adducatur. Hæc prolixè declamat " Quercetanus.

126. Quærit, quid conferat ad rerum gene

ratio

rationem privatio? Respondeo: Duo confert; Primum est terminus à quo, in quo removetur forma, quæ adest: Secundum quod confert, aptitudo est recipiendi formam, quæ abest. Verbi gratia, in grano tritici removetur forma seminis, ut introducatur forma herbæ: rursus forma herbæ interit, ut oriatur forma spicæ. Illa remotio atque interitus formæ præsentis, cum aptitudine & potentiâ recipiendi formam absentem, privationem unicè constituit, & est, vt suprà patuit, ipsissima privationis essentia. Quamobrem, si, ut Quercetanus clamat, privatio est phantasma: tum & dicti formarum discessus & accessus sunt phantasmata, omnisque jam generatio non naturæ sed phantasiæ opus est.

127. Non nego, quin privatio defectum notet, & habitus sit extinctio: at per eam nihil rei exhiberi, nihil ad rem inchoandam conferri, id verò asseverare nimis temerarium est. Neque enim perinde se ad rem generandam, quemadmodum cæcitas ad visum habet: quia, vt ex dictis liquet, non tantum tollit formam præsentem, verùm etiam aptitudinem confert materiæ, recipiendi formam absentem. Quia namque non quodvis fit ex quolibet, sed certis finibus ac terminis rerum generationes continentur: non tam formæ absentia privationem notat, ut Quercetanus vult: quam potentia materiæ, absentem formam recipiendi.

128. Ideoq; certò firmiterq; concludimus,

nec Ramum, nec Kragium, nec Quercetanum, nec Beguinum sensibus suis rectè fuisse usos, quum tria principia aristotelica negarent esse sensibilia. Atque adeò non tantum ea non expugnari loco Aristotelis, sed ne quidem oppugnari, quin potiùs validissimè propugnari. Axioma enim philosophi hoc est: Principia corporis sensibilis sunt sensibilia. Illi perperam & contra sensum, ut ostensum est, subsumunt, materiam, formam, & privationem non esse sensibilia: Nos verò ex ijs, quæ in antecedentibus disputata sunt, optimo jure inferimus, materiam, formam, privationem esse principia corporis sensibilis, tum etiam concludimus, materiam, formam, privationem esse sensibilia.

129. Hanc porrò sensibilitatem non hoc tantum capite de quatuor quoque elementis demonstravimus, verùm etiam quum in superioribus de operandi principiis ageremus, illa ipsa mero meridie meraciùs effulsit. Quum enim elementa & operandi principia sint, & obiecti, quod operationem sustinet: certè non possunt sensus nostros magis effugere, quam operationes, quas in suis ergasterijs Chymici noctesque diesque celebrant: quam mixta, quæ ante oculos nostros interque manus versantur. Quare locus Aristotelis nec elementis quicquam officit. An verò Chymicis proficuus sit ad id, ut quæ illi pro principiis habent, esse principia non videantur, sed sint; non est res altioris indaginis, sed vlterioris dis-

cur-

ursûs, quem facile est vel ex dictis deducere.

130. Nam quum Chymicus artifex sensatus, ensibilium corporum tria asserit principia sensibilia & proxima, mercurium, sulfur, & sal equaquam hac in parte sequitur ipsum Aristotelem, sed cæcæ suæ phantasiæ & falsæ diaoeæ plus nimis indulget: Aristoteli verò manifestè adversatur. Principium Aristotelis est: rincipia corporis sensibilis, sunt sensibilia. Quomodo hîc subsumet artifex sensatus? An oc pacto: Tria mea, sunt principia corpos sensibilis? Id verò est, de quo quæritur: eque etiam conclusio, quæ inde infertur, controversa est, quum de earum rerum, quas Chyicus salem, mercurium, sulfur appellat, sensibilitate nemo unquam dubitaverit. Sin ita ubsumptum fuerit: mercurius, sulfur, sal sunt nsibilia: tum ex puris affirmantibus in secundâ figurâ concludetur, viqúe eiusdem consequentiæ, tot corporis sensibilis principia statuentur, quot existunt corpora sensibilia. Non est ergò, vt in Aristotele quærunt principijs suis patrocinium. Nam nec textu illo juantur, & philosophia peripateca omninò repudiat tria illa, quæ jactant, principia.

131. Quæ si Chymicis primum innotuisse redimus, fallimus profectò, & Aristoteli notiam addimus earum rerum, quas & scivit & docuit. Namque, ut à sale ordiar, quis um neget Aristotele cognitum fuisse, qui neue humores ignorauit, ex quibus sal nitrum-

 que

que fierent, nec lixivia, ex quibus fierent, nec modum, quo decoquerentur. In ſeptimo quarti meteorologici verba eius leguntur: ὥσπερ καὶ ἐξ ὅσων ὑγρῶν νίτρον γίνεται καὶ ἅλες. Explicantius omnia in tertio ſecundi meteorologici proſequitur: τούτου γὰρ τοῦ ὕδατος ἀφέψοντές τι μέρος τιθέασι, καὶ γίνεται ψυχθὲν ὅταν ἀπατμίσῃ τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ θερμῷ, ἅλες. Et paulò poſt: τοιοῦτον δ' ἕτερον γίνεται καὶ ἐν Ὀμβρικοῖς· ἔστι γάρ τις τόπος, ἐν ᾧ πεφύκασι κάλαμος καὶ χοῖνος. τούτων οὖν κατακαίουσι, καὶ τὴν τέφραν ἐμβάλλοντες εἰς ὕδωρ ἀφέψουσιν· ὅταν δὲ λίπωσί τι τοῦ ὕδατος, τοῦτο ψυχθὲν, ἁλῶν γίνεται πλῆθος.

132. Liquorem porrò aqueum ſtillatitium, qualem ex ligno viridi Beguinus elicit, mercuriumque appellat, conditor peripati in ſeptimo quarti meteorologici expreſſiſſimè deſcripſit, quando ab omnibus illis, quæ terreæ & aqueæ naturæ ſunt, affirmat, humorem aqueum, dum inareſcunt, abſcedere ſolere. Indicium autem eſſe, quod aqua inſit: quia vapor in aquam conſiſtat, ſi quis colligere velit. Hac ratione & vinum & cœtera ſuccorum genera, quotquot in vaporem mutati in humorem rurſum concreſcere ſolent, aquam fieri docuit in tertio ſecundi meteorologici.

133. Sulfur denique ſuum Chymici & in flammâ & humore inflammabili, ut ex Quercetano & Beguino jam non ſemel conſtat, demon-

demonſtrant. Quanquam enim Gluckradius neget olea in ſua eſſentia puriſſima conſiderata eſſe combuſtibilia vel inflammabilia: Nulla tamen ratio eum compulit, hac in re contradicere duobus illis Chymiæ magiſtris, qui non niſi per ignem nôrunt ſulfur ſuum deſcribere. Et nos ſuprà vidimus ligni viridis flammam, non aliter ac æthnam & puteòlos, ſulfure ſcintillantem, non quidem quale vulgô à mercatoribus venditur, ſed quod vulgari ſit in eo ſolummodò analogon, quod ignem rapiat, eoque concepto, flagret atque ardeat. Quod nec Ariſtotelem latuiſſe, in nono quarti meteorologici cernere eſt, ubi combuſtibilia definit ὅσα ἔχει πόρους δεκτικοὺς πυρὸς, καὶ ὑγρότητα ἐν τοῖς καθ' εὐθυωρίαν πόροις ἀσθενεστέραν πυρός. Scilicet talis humor pabulum ignis eſt, & flammæ fomes, verumque Chymicorum ſulfur, qui non alijs notis oleum ſuum ſulfureum ſeu ſulfur oleoſum delineant. Nam, quod in ſuis definitionibus addunt, dulce, oleaginoſum, viſcidum, ſubſtantificum, primigenium, leniendi & agglutinandi vi præditum, & quæ ſunt alia: Certum eſt hæc omnia non minus oleo olivarum expreſſo (cuius totiens meminit Ariſtoteles) quam Chymicorum oleis competere: quemadmodum vice verſâ non minus Chymicis oleis, quàm oleis

In 2. Tyroc. cap. 6. pag. 147. 148.

leis expressis competit, ascendere in aqua, in aëre descendere. Vnde naturarum cognationem & vnitatem nullo negocio utrobique cognoscere liceat. Nam quod Beguinus asseverare ausus est, oleum propriissimè dici de oleo ex olivis expresso, de reliquis verò per similitudinem: similitudini nullum relinquit locum in definitione sulfuris, quæ æquè oleo ex olivis expresso ac cæteris oleis seu stillatitijs seu expressis congruit. Quod si toto genere differre putat oleum stillatitium atque expressum: Reddat quæso rationem, quare oleum ex semine lini expressione elicitum inter exempla sulfuris Chymici recensuerit; quare oleo ex vitellis ovorum expresso primum locum assignârit eo in capite, quod oleis Chymicis ex toto dicaverat? Sed neque stillatitium oleum ignoravit Aristoteles, si perinde πισσέλαιον atq; ipsam picem cognovit. Cognovisse autem illud non minùs accuratè, quàm Dioscorides idem descripsit, verosimile est. Namque & apud discipulum successoremque illius legitur conficiendæ picis ratio, quam magistrum nescivisse non credo, sed potius per eam ipsam, non tantum sulfur Chymicorum in oleo picino, verùm etiam in aquâ seu primo sudore, quem in canali fluere Plinius annotavit, & Dioscorides pici non aliter ac serum lacti supernatare observavit vivam mercurij spagirici ideam comprehendisse.

lib. 2. Tyroc. cap. 6.

lib. 2. Tyroc. cap. 6.

lib. 1. cap. 96.

lib. 9 de hist. plant. c. 3.

134. Quamobrem, hisce omnibus in considerationem adhibitis, affirmare non vereor,

chymi-

Chymicos injuriam facere peripato, quando ſulfuris ſui mercurijque ac ſalis inventionem ſibi arrogant. Nota ſatis peripato illa tria fuiſſe, ex dictis conſtat: Quare autem pro principijs miſti non fuerint habita; dicendum reſtat.

135. Principium; ex quo corpus miſtum componitur, Philoſophus ϛοιχεῖον vocat, idq; in tertio tertij de cœlo hunc in modum definit: ἔϛω δὴ τὸ ϛοιχεῖον τῶν σωμάτων, εἰς ὃ τἆλλα σώματα διαιρεῖται· αὐτὸ δ᾽ ἐϛὶν ἀδιαίρετον εἰς ἕτερα τῷ εἴδει. addit: τοιοῦτον γάρ τι τὸ ϛοιχεῖον πάντες καὶ ἐν ἅπασι βούλονται λέγειν. In quarto libri memorati definitionem traditam ampliat: ὁρῶμεν γὰρ πολλὰ καὶ τῶν μικτῶν σωμάτων εἰς ὁμοιομερῆ διαιρούμενα. λέγω δ᾽, οἷον σάρκα, καὶ ὀϛοῦν, καὶ ξύλα, καὶ λίθον. ὥϛε εἴπερ τὸ σύνθετον οὐκ ἔϛι ϛοιχεῖον, οὐχ ἅπαν ἔϛαι τὸ ὁμοιομερὲς ϛοιχεῖον; ἀλλὰ τὸ ἀδιαίρετον εἰς ἕτερα τῷ εἴδει; καθάπερ εἴρηται πρότερον. Hæ principij definitiones ac conditiones, utrum tribus Chymicorum principijs competant: nec ne?

Philoſophi certant, & adhuc ſub judice lis eſt.

136. Chymici affirmativam ſtrenuè amplectuntur & defendunt acriter. Quorum anteſignanus Quercetanus ea pro tribus primis ac poſtremis habet. Primis quidem in compoſitione, poſtremis in reſolutione, quæ ipſi eſt inſtar organi ariſtotelici, cuiusque ope tandem Chymicos ſagaci inquiſitione cognoviſſe tres

se tres illas atque distinctas substantias, quas in omni corpore naturali elementato, singulari artificio invenerint, principiaque interna, constituentia, virtualia atque hypostatica nuncuparint, author est. Vnde factum, ut & ad experientiam provocet, quâ monstrârit, ex unâ eademque essentiâ tres res distinctas atque separatas, imò tria principia naturæ eruta, ex quibus omnia corpora sint composita, quæque anatomicus Chymicus eruere atque secernere possit, ex omni corpore naturali: ex minerali, inquam, vegetabili & animali, nempè sal, sulfur, atque mercurium principia sanè purissima, simplicissima. De quorum simplicitate ut eò minus dubij superesset, placuit Quercetano, inter ea, quæ purè & simpliciter simplicia sunt, cuiusmodi est ignis purus, aqua impermixta, aut tale quid aliud: Inter hæc, inquam, placuit ei numerare tria etiam illa principia, quæ spagirica novissimis temporibus peperit. Nec satis hoc erat, nisi etiam eadem ad incomprehensibile illud mysterium de tribus personis in unâ eademque hypostasi, quæ divinam constituunt trinitatem, referret: quod equidem in libro de priscâ medicinâ eum fecisse, palàm est. Hoc summæ simplicitatis argumentum est. Ac ne quis putet, vanam esse sententiam, qua Quercetanus decernit, tria sua principia in omnibus corporibus reperiri, tanquam substantias internas ac necessarias ad compositionem omnis corporis mixti: Videtur ne ipse quidem Aristoteles Quercetanum deserere, quando omnia

lib. de signat. rer. inter pag. 90. de prisca medic. c. 4.

Pharmac. rest. cap. 1.

cap. 3.

de inter. rer. signat. pag. 90.

mnia

nia in id diſſolvi, ex quo fiunt & conſtant: ...ando miſcibilia poſſe iterum ſeparari à mi... docuit: Illud quidem lib. 3. phyſ. cap. 5. ...c verò lib. 1. de generat. & corrupt. cap. 10. ...uamobrem quis negare auſit amplius, tria ...hymicorum principia, eſſe cuiusvis mixti pri...ordia, vel Ariſtotelis teſtimonio?

137. Veruntamen, ſi quæ de natura mixti, de...e ſalis, ſulfuris ac mercurij naturâ, prolixè ha...enus diſſerui, ſaltem obiter mecum recolo, ... eam omninò ſententiam devenio, vt exiſti...em, definitionem principij ariſtotelicam non ...agis mercurio, non magis ſulfuri, non magis ...li, quàm fumo, quàm flammæ, quàm cineri ...oto, competere. Quamobrem ſi ſal, ſulfur, ...ercurius ſunt principia mixti: concludo ego, ...mum, flammam, cinerem eſſe etiam mixti ...incipia. Nec ulla datur ratio, quæ contra...am ſuadeat: quum utrobique eadem ſit & ...mplicitatis & reſolutionis conditio. Nam, ...re de ſuûm trium principiorum ſimplicita... glorientur Chymici; nos contra demon...are poſſumus, nec fumum, flammam, cineres ...e illis tribus compoſitiora: Sive compoſi...onem fumi flammæ cinerum nobis obijciant: ...on deerunt viciſſim rationes vel ſuprà addu...æ, quibus ad oculum oſtendatur, tria Chy...icorum prima, nihilo eſſe fumo flammâ cine...bus ſimpliciora, & non minus hæc quàm illa, ... vice verſâ illa non minus quam hæc, ex ele...entis proximè ortum ducere.

138. Quid? quod ne ipsi quidem Chymic[illegible] suûm principiorum; quæ purè & simplicite[illegible] simplicia proclamant, compositionem nega[illegible] re possint; quando non tantum ea ad stirpem elementarem referunt, ut in antecedenti[illegible] bus patuit: verùm etiam eadem ex semeti[illegible] psis mutuò constare; disertis verbis fatentu[illegible] Beguini effatum est, nullum prædictorum prin[illegible] cipiorum simplex atque solum, quod de re[illegible] liquis non participet; reperiri. Mercurium enim continere substantiam sulfuream atque salinam: sulfur substantiam salsam & mercu[illegible] rialem: Sal verò substantiam oleaginosam & mercurialem. Hanc verò compositionem ne quis imaginariam, noëticam, & phanta[illegible] sticam esse; cuiusmodi Chymicis materiæ for[illegible] mæ privationis existentia videtur, existimaret Quercetanus cavit, qui reipsâ & effectu eam voluit demonstrare in tertio principio; sal[illegible] putà; cuius anatomian non vno in loco descri[illegible] psit. Nam de nitro scribit; terram eius ac es[illegible] sentiam; cùm sit totius vniversi tertium prin[illegible] cipium, tribus tamen & ipsum constare prin[illegible] cipijs; sale videlicet mercuriali, sale sulfure[illegible] & sale terrestri aut salino; quibus essentia ill[illegible] terrestris ac tertium vniversale principium con[illegible] stet. Alibi expresse testatur, in tertio illo prin[illegible] cipio admodum vitali, videlicet sale, admiran[illegible] das adhuc contineri essentias: liquorem nimi[illegible] rum mercurialem, & sulfur quoddam oleo[illegible] sum, aut oleum sulfureum; nec non alium saler[illegible]

Lib. 2. Tyr[illegible] cap. 2.

Defens. herm. mod. pag. 164.

pag. 225.

igneum

neum, qui fortassis priore non deterior simi-
s essentias, restibili semper eadem fæcunditate
turus est.
139. Qua quidem ratione concludere licet,
a Chymicorum principia esse etiam fumo,
mma, cineribus compositiora: quia neque fu-
us ex flammâ & cineribus, neque flamma ex
neribus & fumo, neque cineres ex fumo &
mā, sed ex principijs in specie diversa indivi-
bilibus, cujusmodi quatuor elemēta sunt, pro-
mè & imediatè pro se quodque componun-
r. Tria verò Chymicorum principia, ex se ipsis
utuo, mixta scilicet ex mixtis, composita ex
mpositis constare & oriri fert commemorata
hymicorum opinio. Quo fit, vt Aristotelicæ
incipij definitioni, fumus flam̄a cinis sint præ
e sulfure mercurio tantò propinquiores ac vi-
niores, quantò id, quod ex principijs in specie
versa indivisilibus constat, simplicius est eo,
uod ex principijs constat, quæ in formas specie
versas iterum atque iterum distrahuntur. Vn-
ita argumentamur: Si fumus, flamma, cinis
on sunt principia mixti, multò minus Chymi-
icorum sulfur sal sunt principia mixti. Sed ve-
m est prius, nemine contradicente: Ergo neq;
osterius falsum.
140. Neque est, quod anatomian suam seu
lutionē Chymici urgeant. Nam si id, in quod
aid resolvitur, statim est principium ejus, quod
solvitur: Concludemus, quia in fumum, flam-
ām, cineres non minus atque in mercuriū sul-
r salem, mixta resolvuntur: Idcirco etiam
G fu-

fumum,flammam, cineres esse principia mixti non minus quàm ex sulfure,sale & mercurio omnia corpora componi, Chymicis persuasum est. Imò verò,si quæ ex resolutione mixti oriuntur formæ, ex ijs mistum protinus putemus conflari:necesse erit, tot etiam nos misti principia numerare, quot ex misto resoluto oriuntur formæ. Vnde futurum,vt fœcundo proventu principia propullulent, quæ jam non intra tri gam amplius coërceri queant, sed per decurias ac centurias se sint extensura ac diffusura. Nam vel ex solâ combustione quercûs, quot emergant formæ,suprà vidimus.Multò plures occurrent animo atq; oculis orbem sublunarem diligenter perlustraturis.

141. Quin etiam ipsa ars non contenta aquis,oleis,salibus, computat in præparationum speciebus tincturas,extracta,spiritus,aceta, calces,magisteria, varia vitrioli genera,clissos, flores,& id genus alia: quæ si pro principijs eorum corporũ,è quibus ingeniosâ resolutione oriuntur, habere cœperimus,falsũ nos dicere Gluclradius dicet,qui verum Chymicum negat vsque ad vltimum destruere.Nõ esse hoc artis. Terminos suos singularum esse præparationũ, in quibus ars cesset.Quod si verò ars & artifex non destruunt ad vltimum, certum est,eos neq; pervenire ad primum, quum vltimum in resolutione, sit primum in compositione,& vice versâ.

In Not. ad Beg.p. 6.

141. Atq; idcircò duo loca Aristotelis, quæ pro Quercetano allegavimus,nihil juvãt Quercetanum. Nam prior vltimam resolutionem in

igit,quàm quum arti artificiq; Gluckradius
ptum ivit,effecit vnà, vt neq; in altero quic-
i præsidij Quercet.supersit. Quoniam, si artis
n est,resolvere ad vltimũ,neq; etiam eiusdem
miscibilia separare à mixto, Hoc n.duo, non
sed vnum sunt,separatio videlicet miscibili-
à mixto,& mixti ad vltimum resolutio.
42. Itaq; per anatomian seu dissolutionem
giricã non magis probatur, tres illas Chymi-
um substantias mixtum,vt principia, ingre-
quam flamma,fumus, cinis eius, quod com-
itur,principia statuuntur.
43. Prætereà hoc quoque falsò asseverat
ercetanus,Anatomicum Chymicum tria illa
uræ principia,nempè sal, sulfur,mercuriũ,ex
ni corpore naturali,animali, vegetabili, mi-
ali scire,eruere atq; secernere. Quercetanum
ercetanò opponimus. Adamas,inquit,omni-
fictus lapidũ solidissimus ac durissimus, ex
issimâ videlicet trium principiorum vnione
chærétia,quæ nullâ arte separationis, in so-
onem principiorum suorum spiritualiũ dis-
gi queat. Itaq; ingenuâ Quercetani cõfessio-
anatomia chymica deficit in adamãte. Quod
rò in alijs quoq; mineralibus periculum ar-
iosæ resolutionis facere voluisset: potuisset
è quamplurimis experimentis addiscere;
minus irritam esse vniversalem illam,quam
ccinat, anatomen; quàm falsum est ejus
tum, quo affirmat, nihil esse in hoc vniver- *Lib. de prisc. med. cap. 2. in fine.*
so mundo compositum, ex quo ac omni
dem tempore sal extrahi non possit; Nam

Cap. VI. num. 63 vel suprà audivimus, negantem, salis quicqu[am] ex lateribus elici: mordicùs tenentem, quod[ ] mica quidem salis efficiatur ex aquâ dulci fo[n]tanâ, quomodocunque coquatur & recoq[ua]tur. Aquam autem fontanam dulcem ne q[uis] putet esse incompositam, huic dubio ipse Qu[er]cetanus occurrit excursione in Riolanum, vb[i] pag. 9. quam ex sulfuris & mercurialibus spiritibus [con]glutinat, hosque salino corpore tanquam r[eti]naculo coërcet.

144. Ego autem seriò optarim, idem ill[ud] examen, quo adamantem, lateres & aquam [ex]plorauit, alijs etiam mistis, inprimis lapidibu[s &] metallis fuisse à Quercetano adhibitum. Pr[ofe]cto reipsâ deprehendisset tum corpora nõ p[au]ca instar adamantis irresolubilia, quorum ni[hil]ominus integras anatomias tradidit: & res[olu]bilia quamplurima, sed non resolubilia in m[er]curium, sulfur & salem, quemadmodum ne[c o]mnia resolubilia in flam̃am, cineres, fumu[m] resolvuntur. Vt videas, ipso sensu judice, ad[ ] Chymici tantâ cum ravi appellant, non al[ ] in mercurio sulfure sale esse nec simplicitatis [con]ditionem, nec resolutionis, per quam è mistis [ ] oriuntur, quàm quæ sit in fumo, flamâ, cin[eri]bus: nec magis illis quam his Aristotelicam p[rin]cipij notionem congruere.

145. Ex quo concludere porrò queas, C[hy]micum artificem, quantumuis sensatum, inj[uri]am facere Aristoteli, quando principia sua [in]troducens, sequi se Aristotelem profitetur. N[am] Aristoteles nulla alia mixti principia novit, [ ]

remota, omnium corporum naturalium
mmunia, materiam, formam, privationem:
tuor proxima, ignem, aërem, aquam, terram,
bus in vnam formam ac naturam coëunti-
, mixtum generari docuit, è mixto rursus nõ
us formam salis, sulfuris, mercurij, quã for-
n fumi, flammæ, cinerum oriri: non quidem
rincipia mixti, sed vt novellas mixti speci-
er novam generationem seu transmutatio-
n ex misto ortas, quę quatuor elementis pro-
am originem suam vnicè acceptã referant,
ndè atq; mixtum quodlibet perfectum ho-
geneum ac similare proximè & ἀμέσως ex ijs-
n elementis componitur.

46. Quibus quidem omnibus satis iam su-
que excussis atque discussis, hoc vnum super-
t gravissimos aliquot Quercetani errores
llamus, in quos lapsus est, non aliâ de cau-
uam quod obiectum artis suæ, quod prin-
a, ex quibus objectum constat, ignorârit. Id
n facere & debemus, quia capite præceden-
romisimus, & possumus, quia cognitâ asser-
ae veritate facilem nobis ad delendas falsi-
s viam stravimus, & volumus ob amorem
urioris philosophiæ & medicinæ, quæ à
Chymicorum injurijs vindicari &
vult & potest & de-
bet.

CAPVT XI.

Confutans aliquot Quercetani errores, circa materiam modò tractatam.

347. CONstat ex superioribus, tum objecti omne, quod tractat artifex noster, tu quascumq; formas, quas ex subiecto suo elic tes esse purè & merè elementares: Quibus vit vitalesq; functiones non alia ratione attribu possumus, quàm quâ ignem dicimus vivu fontem vivum, saxum vivum, vivum sulfur, vum argentum, vivos colores, aliaq; id genus vere, quæ nihil minùs habent, quam vitam. Il quod illîc etiam ostensum est, non quâ vege tur corpus quidpiã aut animatur, eatenus C micæ considerationis est, etiamsi vel maxim vegetabilium atque animalium familiâ ori dum sit: sed quatenus calefieri, frigefieri, hu ctari, inarescere, quatenus attenuari, incrassi liquefieri, solidari, mollescere, induari; qu nus denique ignescere, aërescere, aque re, in terram redigi aptum natum vnũquod est, eatenus arti subijcitur: id quod tum satis perq; patuit, quum omnes Chymicorum op tiones ad quatuor elementa horumq; vire virtutes reduceremus, ipsumq; artis obiec nihil aliud nisi pilam ac lusum elementorum se demonstraremus.

348. Proinde nullo modo probare possum quod Quercetanus vitam auro afferere, nec rum solummodo sed & reliqua metalla vitâ præditã ostẽdere conetur: quod malè in vul philosophiâ, metalla reliquaq; mineralia o

Pef. herm. med. pag. 273. vsq; ad 277.

Vi

ali vigore destituta dici, contendat, quin imò Alexic. p.
tam ijs inesse præstantiorem affirmare ausit: 143.
uod salem actionibus planè vitalibus refertum Tetrad. p.
se sanciat: quemadmodum nec Beguino as- 247.
ntimur, qui mercurio omnem nutricationem, D. H. me-
nsum, motum: sulfuri omnem vegetationem dic. p. 167.
cretionemq; adscripserit. lib 1. Ty-
roc, cap. 2.

149. Ostendemus enim eos talia docentes, on tantum formam mixti cum forma animati rpiter confundere, & magno errore, discrimē mne quod inter corpus animatum atq; inaniatū intercedit, funditùs evertere: verùm etiā, ıæ animæ prorsus expertia esse, ne quidem ipsi fiteri queūt, ijs animā vitáq; pleno ore inspire. Non jam de igne, non de fonte, de saxo, de lfure, de hydrargyro, deq; colorib. non de alijs icā, quib. frui per nos licet vitâ metaphoricâ & militudinaria, quā etiā neq; auro neq; reliquis ineralib. quāq; nec sali, nec sulfuri, nec mercuo invidemus: At si de verâ & physicâ vitâ quæio incidat, veniā mihi dabit Quercet. assumē argumenta, quibus auro & mineralibus vitam edit, & bona fide demonstrandi, ijs, quæ reensui, omnibus nō plus vitæ inesse, quàm duous visibilibus corporibus, quæ claris & perspiuis verbis ipsus cum Beguino negavit vivere.

150. Quænam autem sint duo illa corpora lib. 1. Ty-
bscurum non est, quum in spagiricâ mistorum roc, c, 2.
νασοιχειώσει, Beguino authore, resultent: quoum vnum siccum est, terra arenosa sive cinis lotus, vocaturque terra damnata & *caput mortuum*: Alterum humidum, plegma iners, nullo uippe odore, sapore, vitalive aliâ virtute prędi-

Def. herm. med. pag. 132. tum, docente Querçetano. Negant videlicet ea vivere, quia mortua sint, quia nulla vitali virtut prædita: Et tamen in disputatione Quercetan

Def herm. med. p. 273 usq. ad 277. non minus ac aurũ & mineralia vivunt. Quod ipsum vti probatum demus, operæ precium fu erit vivificas Quercetani rationes ordine recen sere, & postea ad vivum resecare.

D. H. M. pag. 273. 151. Non negabis, inquit, aurum esse fruct sui elementi, aut aliquid elementatum. Si qui „elementatum, constat elementis; Ergo & form „Siquidem elementa suis principijs non caren „quæ dixisti esse formalia principia, rei, id quo „est, impertientia. Cum igitur aurum sit corpu „elementatum, constat materiâ & formâ, ex quo „rum mixtione temperamentum quoddam com „surgit, aut aliquid simile, quod suprà dixisti ess „vitam rerum. Vitâ igitur aurum & reliqua mi „neralia prædita sunt.

152. Ac ne quis forsan existimet, Quercetan num ita ratiocinantem magis hypothesi adver sarij inniti, quàm propriam sententiam seriò de promere; explicatius mentem suam aperit in se quentibus, & secundum argumentum forma hunc in modum & prorsus de suo; Prætere „quicquid oculis subijcitur, id materiâ & form „donatum est. Forma enim est externa, ab intern „emergens, quæ oculis sese conspiciendam subij „cit; Si formam & materiam habet, ergo vitam „Mors dicitur rerum interitus, qui præ se fert sub „jecti in nihilum redactionem. At cum metalla „sensibus occurrant, in nihilũ esse redacta iniquè „judicentur. Vivunt ergò, quia subsistunt, & quæ

sub-

subsistunt, in nihilum redacta dici non possunt. "
Ergo neq; mortua, "

153. His quidem rationibus etsi satis evinci arbitratur in metallis inesse vitam, quia subsistunt, idque quod materiâ & formâ constent, quorum permixtio aut conjugium nullum sit, quàm vitæ alicujus vinculo, quod ex elementis & principijs eruitur, in quibus est vita rerum; Noluit tamen ijs acquiescere, sed tertium mox attexuit; Id dici non potest vitâ carere, quod a- " gendi potestate præditum est. Actiones enim, " ut diximus, à spiritibus proficiscuntur. In spiriti- " bus est vita, aut ipsimet vita sunt. Atqui miræ a- " ctiones proficiscuntur ab auro, cum est spiritua- " le & mole corporis exutum. "

154. Quartò denique quærit, quis metallis tot saporibus, tot odoribus, tot coloribus, alijsq; virtutibus præditis vitam denegare ausit? Ergo vitale esse aurum concludit.

155. Quinto loco adducitur Marsilij Ficini authoritas, quâ spiritus auro tribuitur generativus ac vivificus. Quorsum etiam arbor Virgiliana pertinet, aureo radians ramo,

——quo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.

Næ verò fabulæ, qui hæc fabulas putant! Nam, Quercetano authore, nihil miri est, aurum adjuvante arte suis viribus arborescere, & in truncum, ramos, & folia humore suo primigenio attolli, ac sic in ipsis terræ visceribus flores & fructus aureos producere ex suo semine. Et dubitemus adhuc aurum vivere, quum arbor aurea in

luco Proſerpinæ & Chymicorum foco vireat ac vigeat, floreat ac frondeat haut aliter ac

Fraxinus in ſylvis, abies in montibus altis?

156. Pergit Quercetanus, & acriter contendit, non poſſe vitam magis detrahi auro alijſque metallis, quàm minerali coralli arbori, cui abſque contradictione tribuatur. Metalla enim haurire ex mineralibus ſua principia, mineralia ex aquis, aquas ex mari. Quod ſi conchis, piſcibus, corallis, ex ſuo elemento mare vitam elargitur, cur & auro vitales ſpiritus nequeat impertiri?

157. Septimum argumentum deducit ab ipsâ vitæ notione: eumque alucinari affirmat, qui nihil quidquam vitale putet, quam quod ſentiat & moveatur. Quotidianâ ciborum, quibus vtimur, experientiâ aliud doceri. Nam ex vervecinis, bubulis, ſuillis, & gallinaceis carnibus, quib. veſcimur, vitam nos haurire, fovere & conſeruare, et ſi vitâ illæ mobili ſpoliatæ ſint, quâ ſibi antea vivebant, non nobis. Nihil vita ſpoliatum eſſe, niſi quod in nihilum ſit redactum.

158. Porrò octauâ in ſtatione locavit animalcula, quæ ex ipsâ carie ligni progignantur & enaſcantur, ſitque argumento, vitam non deeſſe corpori ligneo in ultimâ etiam ruinâ & interitu. Hac eadem ratione etiam ex corruptione corporis metallici & in ſuam primam materiam redacti, generationem vitalis metalli erui Quercetanus diſputat, quum ex corruptione vnius fiat generatio alterius. Eſt enim, ſi Quercetano cre-

credimus, vita in corpore vltimum moriens, si mori possit; & vitam à morte superari absurdum: quum tantum mors sit animæ à corpore separatio, nec id priùs, quàm integra & plena corporis facta sit absumptio. Hoc enim sibi vo- „ luit, quando alibi scripsit: Quid esse rei, quàm „ vita? Si esse interit: Ergò & vita. Si vita, ergò *Excurs. in* & anima: quum vita & anima ἀχώριστα sint. Ope- *Riol. p. 19.* roso ratiocinio brevem apposuit clausulam; „ Constat ergò in metallis vitam inesse.

159. Atqui, inquam ego, si metallis vita in- „ est, inest & phlegmati cadaueroso & capiti mortuo: quæ duo quin vivere Quercetanus neget, mihi quidem nullum sit dubium. Corpus enim spiritibus orbatum, planè inane esse putridum & mortuum pronunciavit. *D. H. M. pag. 271.* Neque verò etiam aliter duo illa corpora definiuit, quam per privationem ejus, quod spirituosum est, & positionem ejus, quod vitâ & spiritu caret: ut suprà attigimus, & in utriusque definitionibus clariùs elucescit. Hincque adeò factum, ut tribus suis principijs eadem opponeret & contradistingueret. Nam veluti ob vitæ præsentiam tria sua principia esse activa dixit, ita ob vitæ absentiam phlegma & terram relollacia appellauit, à quibus nihil vitale aut agendi viribus præditum proficisci posset. Vt proinde certo certius sit, Quercetano judice, non minùs pro mortuis censeri phlegma & caput mortuum, quàm pro verè vitalibus tria principia habeantur.

160. Ve-

160 Veruntamen ſi rationes Quercetani vivificas capiti mortuo & phlegmati exanimo applicaverimus: Fore vtique crediderim, vt cōceptâ aurâ vitali ambo non aliter turgeſcant, ac arbor aurea, quam orcus cuſtodit aut in ſuo ergaſtulo vendit fumivendulus aurifex. Sunt enim primò fructus elementi vtrumq; ſui: phlegma, aquæ: cinis, terræ. Conſtant materiâ & formâ: conſtant elementis, & pro ſuo quodq; genio ac indole non minus corpora elementata ſunt, quàm ipſum aurum. Habent enim temperamentum ſuum, habent & illud temperamento ſimile, quod Quercetanus vel diſſimulavit vel ignoravit, per quod phlegma phlegma, cinis cinis, aurum aurum eſt. Quod ipſum ſi vita rerum eſt, concludimus, phlegma & cineres non minùs vitâ frui, quàm aurum & metalla. Vitaq; hæc, etiamſi primo adſpectu in phlegmate in cineribus obſcurius appareat, luce tamen clariſſimâ in progreſſu effulgebit.

161. Fallitur enim Quercetanus, ſi mortua ea eſſe putat, quæ non magis quàm aurum ac metalla in nihilum redacta ſunt. Subijciuntur enim oculis phlegma & caput mortuum: donata ſunt materiâ & formâ: quidni ergô & vitâ? Incurrunt in ſenſus, ſubſiſtunt: quidni ergo & vivunt? Quàm procul ab ijs mors eſt, tam propè vita eſt. Quia enim formæ & materiæ nulla permixtio, conjugium nullum, niſi vitæ alicujus vinculo: Vinculum hoc æquè facile ex phlegmate exanimo, & capite mortuo, atque ex reliquis elementis & principijs eruitur; eſtque non mi-

minùs in phlegmate & capite ex animo vita evidens, quam in cæteris principijs & elementis. in quibus vitam rerum Quercetanus collocat.

162. Nat[illegible] vnde vitam ſuam habent elementa & principia : inde & phlegma & caput mortuum vitam ſuam habent. Atqui illa à cœlo vitam ſuam habent, vtpote quod omnium formarum, poteſtatum, ac actionum in omnibus naturæ rebus inferioribus author ſit, tanquam primaria cauſa, & inſtar parentis erga fœtum ſe habens, vt qui ſemina ſua in ventrem terræ ſuo vento importet, vnde fœtus nutriatur, foveatur, creſcat, & tandem ex elementorum gremio excludatur. Cœlum, puto, intelligis, cujus tanta eſt poteſtas, vt principiorum trium & craſſiorum elementorum corpora, in mixtionem perfectam alicujus individui moveat, exacuat, atque potenter animet, vnde omnes vires, facultates ac proprietates, quas exerunt indiuidua, ex cœlo non aliunde *mutuentur, quippe quod ſingula quaque ſuis formis ac virtutibus exornet.* Quæro ego, quænam ſint illa craſſiora elementorum corpora, quæ Quercetanus ſcribit, abs cœlo in mixtionem perfectam alicujus individui moveri, exacui, atque potenter animari? Annon humidum paſſivum & ſiccum paſſivum, quæ phlegma exanime & caput mortuum Chymicis dicuntur, &, vt antea dictum, tribus principijs opponuntur & contradiſtinguuntur? Hiſce ergò quanam ratione vitam Quercetanus adimere queat, quæ è cœlo ipſo moventur, exacuuntur, atque

Def. herm. med. pag. 138.

Def. herm. med. p. 137.

pag. 138.

atque potenter animantur? quibus non minùs quàm tribus principijs omnibusq; principiatis, ortis ac mixtis formas, potestates, actiones; cœlum, vt author & causa primaria, confert & infundit?

163. Neq; enim putemus, quũ singula queq; suis formis ac virtutibus cælũ exornaret, prætetita fuisse caput mortuum & relolleũ phlegma; sed quemadmodum formã salis sali, formã mercurij mercurio, formam sulfuris sulfuri, formam auri auro, formã metalli metallo cœlum indidit: Ita formã phlegmatis phlegmati, formã cineris capiti mortuo indiderit necesse est, quũ omniũ formarum, quæ sub cõcauo lunę existunt, dator, altor, author, auctor, parens & conseruator à Quercetano celebretur. Dans autem formam, dat etiam consequentia formam.

164. Proinde omnes potestates, actiones, vires, virtutes, facultates, proprietates, quas exerunt individua in orbe sublunari, à cœlo nõ aliunde deriuat Quercet. Adeoq; etiã illud ipsum, licet nullius sit per se complexionis, h, e, nec calidum nec frigidũ, nec humidum nec siccũ sit aut dici possit, omnibus tamen reb. ex suâ scientia & prædestinatione calorẽ impertire, frigiditatem, humiditatẽ, & siccitatẽ, apertè asseverat. Ideoq; etiamsi nullã aliam vim, quam exsiccantẽ & emplasticã caput mortuum habeat: Phlegma verò nihil aliud quàm humectare possit: citra vllam aliam energiam: per hoc tamẽ neutrum vitâ priuari potest, quum ex Quercet. adduxerimus, tàm humiditatẽ quàm siccitatẽ ab eodem illo prin-

Def. herm. med. pag. 138.

cipio

ipio oriri, è quo formæ omnes, vita omnis, omnes poteſtates, actiones, facultates, vires, proprietates, virtutes in hæc inferiora influunt. Vt concludere audacter poſſis, phlegmati & cineri inſulſo non minus ineſſe vitam ſuã, quam tribus principijs, quã auro & metallis. Habent enim, ut dixi, & illa ſuam formam, per quam ſubſiſtunt, per quam ſunt quod ſunt, per quam oculis ſubjciuntur, morti renunciant, viventibus inſeruntur, per quam denique & agunt.

165. Hoc n. in ordine tertium eſt, vt probemus, phlegma & cinerẽ noſtrum eſſe agendi poteſtate prę̨ditos. Id n. quod tale eſt, non poſſe dici vitâ carere, Quercet. author eſt, ideoq; aurum etiam vivere, quippe à quo miræ actiones proficiſcantur, quum ſpirituale ſit & mole corporis exutum. Quænam a. ſint illæ actiones, exemplo auri ardentis convincere ſatagit, quod plenũ ſit ſpiritu, tantæ ſubtilitatis & actiuitatis, ut pauca quædam eius grana, dum ſolo motu vel radiorũ ſolarium ejaculatione flam̃am conceperint, inſtar exploſi ſclopeti, maximo naturæ myſterio, perpendiculariter centrum verſus ſic ferantur, vt menſam ligneam valeant tranſverberare. Quod ſi verò ad phlegma noſtrum, & caput mortuum conuertere oculos animumq; Quercet. voluiſſet, re vtiq; ipsâ vidiſſet, neutrum ſeſe indignum præſtare eo elemento, cujus eſt aut ſoboles aut particula: ac neque in phlegmate vires aquæ effœtas, neque in cinere ingenium terræ obtorpuiſſe deprehendiſſet. Quanquam enim elementalia corpora non niſi paſſivas qualitates obtinere dictitet, atque à materiâ per ſe mor-

Alexit. pag. 143.

Def. herm. med. pag. 135. & 125.

Tetr.c.8. pag.70. mortuâ neget vitale quicquam aut agendi viribus præditum proficiſci poſſe: Quia tamen ipſe affirmate non dubitavit, elementa matrices, agros, ventriculos, minetas, loca eſſe rerum non ocioſa: ſed ſuis proprietatibus dotatā, quę vitam alimentumque ſuppeditent ſuis locatis & contentis, id eſt, ſeminibus, ex quibus tandem fructus producant, quos in penetralibus reconditos aſſervant: *Def. herm. med. pag. 98.* Quâ de causâ terra vti cauſa efficiens, movere facultatē vitalem eidem dicitur. Benè equidem ſperare nobis de Quercetano licebit, & phlegmati cineribusque noſtris gratum lari proprietatem vivificam, alimentalem, genitabilem, effectivam, facultatis vitalis motricem, quam quin ex liberalitate Quercetani communem cum aquâ & terrâ habeant, dubitare nefas eſto.

D.H.M. pag. 284. 166. Quemadmodum enim terram docet, ſi ſub dio exponatur, & cœli ſolisque pluviâ & calore impraegnetur, ſtatim in herbas erumpere: ita credibile omninò eſt, cineres phlegmate ſuo perfuſos, nihilo ineptiores fore ad cæleſtium ſeminum conceptionem atque educationem, quam ſit tellus pluviâ turgens. Atque hæc quidem vis vivifica, nutrix, & generatrix, quin tota ſpirituoſa ſit, diffiteri Quercetanus nequit: imò diſertis verbis exemplo è grano tritici petito inculcat, quod in primam ſuam materiam dicit *Excurſ. in Riol. p. 14.* reducendum eſſe à naturâ, hoc eſt, in ſpiritum corporeum, aut corpus ſpirituale proprietates trium hypoſtaticorum principiorum adhuc retinens, vt ſenſim ex nutrimento ſpirituum elemen-

mentarium indiuiduum ordiatur, & corpus eius provehat; dum ad ſuas perfectas dimenſiones tandem adducatur. Ecce tibi actiones plane ſpirituoſas ac prorſus vitales: non minus phlegmati & cineribus, quàm aquæ & terræ debitas! certè multò mirabiliores, quam vel auri pulviſculus, quum fulminat & tonat: vel ſpiritus Marſilij aureus, quum plumbum tingit & hydrargyrum: vel aurea Maronis arbor, quum ramum explicat immortalem: vel glacies, quum formas vrticæ promit: vel cinis, quum ſimulacra plantarum exhibet.

167. Salva ergò hactenus per Quercetanū cineri & phlegmati eſt ſua vita: quam quare ijs magis quàm auro, metallis, coralio detrahat, cauſam nullam habet. Quæro enim, quare illud elementum, quod conchis, piſcibus, coralijs vitam elargitur, non poſſit & phlegmati vitam impertiri? quur terræ, quæ tot plantas atque animantia generat, alit, ſuſtentat, non poſſit ei cineri infundere vitam, quam nec auro nec metallis Quercetanus detraxit? Proinde vitæ notio æquè phlegmati & capiti mortuo atque auro & metallis congruit. Nam ſi id vitale non eſt, quod non ſentit nec movetur: tum nec phlegma vitale eſt, nec caput mortuum. Sin cibi vitales ſunt, ſi carnes vervecinæ, bubulæ, ſuillæ, gallinaceæ, quibus veſcimur, vivunt; quia nā ex ijs vitam, ut Quercetanus loqui amat, haurimus, fovemus & conſervamus: Negare non poteſt phlegma etiam & caput mortuum viuere, quando inſtar telluris pluviâ ebriæ ſemina commiſ-

ſa educant atq; educunt, ijsque vitam alimentá-
que ſuppeditant. Quamobrem perinde ac ca-
nes vitâ mobili ſpoliatos non ſibi ſed nobis vi-
vere Quercetanus ſignificat: ita hoc quoq; con-
cedat oportet, phlegma & cineres, quando ſen-
ſim ex nutrimento ſpirituum elementarium in-
dividuum ordiuntur, & corpus eius provehunt
vsq; quò ad ſuas perfectas dimenſiones tandem
adducatur, ſi non ſibi, ſaltem illi vel herbæ vel
plantæ vivere, quam nutriant ac ſuſtentent.

168. Quod ſi ligni carioſi fœcunditatem ob-
ijciat Quercetanus, nõ deêrit nobis vber vermi-
proventus, quos phlegma & cineres procreabũt
ſimul atque putredinem conceperint: nec gene-
ratio & tranſmutatio vnius elementi ex alio in
aliud (per quam, Quercetano teſte, aqua incraſ- *Def. herm.*
ſata ac condenſata in terram vertitur, vt terra vi- *med. p. 136*
ciſſim in aquam trãſit & mutatur) deerit nobis,
ſi imaginariam & fictitiam metallorum meta-
morphoſin vrgere perrexerit. Quæ quidem ele-
mẽtorum tranſmutatio multò vividior eſt mon-
tibus aureis, quos Chymici pollicentur.

169. Et nos iam in portu ſumus, quia nihi
morti in phlegmate & cineribus reliquum feci-
mus. Neutrum enim in nihilum redactum eſ-
ſe, in neutro factam eſſe integram & plenã cor-
poris aſſumptionem, vel ſenſuum patet teſti-
monio, quo ipſo etiam ſapores, odores, colores
non minus capiti mortuo & phlegmati quàm
auro & metallis aſſeruntur. Neque enim præter-
eundum hoc fuit, quod in Quercetani diſputa-
tione, quarti argumenti locum occuparit, à quo

no:

nos materiæ continuata series huc vsque distra-
hit.

170. Assertionis autem ratio facile reddi in-
de potest, quod phlegma & cineres non minus
oculos feriant, nō minus linguam tangant, non
minus naribus se ingerant, quā aurum; quod eo-
rum vnum aquæ specie videbatur ac sentiatur:
Alterum, terræ more, visum aliosq; sensus affici-
t. Ideoq; si per odorem, colorem, saporē, vita-
le est aurum: nihil impedit, viva dicere, quæ vi-
vere Quercetanus & negat & affirmat. Vtrumq;
enim ex Quercetano probavimus. Nec quic-
quam modò superest, nisi vt causam vestigemus,
quæ Quercetanum impulerit, dare phlegmati
& capiti mortuo vnâ manu, quod alterâ rapu-
erat.

171. Illa verò nec obscura est, nec è longin- *D.H.M.*
quo petenda. Obiicit Quercetanus adversario *pag. 275.*
suo, quod vitarū discrimina ignorarit: Nos Quer-
cetano, quod formarum. Et harum namq; igno-
ratione omnis fundi calamitas.

172. Etenim non ignorauit Quercetanus, re-
rum naturalium alias esse animatas, alias inani- *pag. 69. &*
matas. Argumento est, quod signaturas rerum *75.*
ex re sive animatâ sive inanimata in fine li-
bri de priscâ medicina captaverit. At verò in
libro de simplicium signaturis externis, occul-
tas plantarum proprietates æstimari ac iudica-
ri vt plurimum signaturis, hoc est; ex simili-
tudine formæ atque figuræ cum animalium tum
inanimatorū, verbis disertissimis sit effatus. Ni-
mirum novit animata ab inanimatis distin-

guere: Formas verò, per quam animatum est id quod est, per quam & inanimatum est id quod est, perperam confudit, quia nec cognovit.

D.H.M. pag. 254. 173. Hinc frivolam falsamque naturæ & animæ distinctionem proclamare non erubuit: Atqui non distinctionem sed confusionem falsam esse frivolamque operæ precium est paucis ostendere. Dari in rerum naturâ corpora inanimata, bis Quercetanus fassus est, &, si fateri nollet, cogi facilè posset, vt fateretur. Quum enim æquè ab inanimatis atque ab animatis reales similitudines ac signaturas deducat, statuere eum simul oportet, quod inanimata non minùs sint res verè existentes, quàm animata: quoniam id quod non est, nullam veram sui similitudinem vel signaturam præbere potest. Nam realis signatura præsupponit formam, à quâ desumitur. Forma præsupponit esse. Etenim quod non est, id nec habet formam. Sunt ergo corpora inanimata: & quod sunt, id per suam essentiam sunt. Est autem sua cuiusque corporis essentia, sua etiam natura. Vnde concludere possis, corpora inanimata, quia habent essentiam, habere etiam naturam. Iam si nulla est inter naturam atque animam distinctio, habent etiam inanimata animam. Imò omninò habent animam. Non minus enim in disputatione Quercetani vivũt, quàm aurum, metalla, phlegma, caput mortuum. Sunt enim, subsistunt, habent materiam, habent formam, sunt corpora naturalia, sunt ex elementis orta, videntur, sentiuntur, non sunt redacta in nihilum, agunt, generantur, corrum-

pun-

buntur. Ideoque etiam ſpirant non minus quàm caput mortuum, phlegma, metalla, aurum. Et quia vita & anima ἀχώρισα ſunt, habent etiam animam, ut jam ante dixi.

174. Quercetani jam eſt, eligere, vtrum pro falſis trivoliſque habere velit illa principia, quibus non viventibus vita, non animatis anima aſſeritur, an potius pro verâ ſolidaque amplecti illam ſententiam, quæ inter naturam atque animam manifeſtum diſcrimen ponit. Quantum enim inter utrumque interſit, vide. Quæcunque habent animam, habent etiam naturam: non verò quæcunque naturam habent, etiam animã habent. Habent namque naturam ſuam, etiam quæ animâ, quæ vitâ carent. Diſtinctione hac accuratè obſervatâ, liquidò cõſtabit, plurimum uræ parum ponderis ineſſe univerſæ diſputationi, quâ vitam auro ac metallis Quercetanus conciliavit.

175. Nam in primo eius argumento æquè turpiter cũ formâ elementi aut elementati confunditur forma viventis ſeu animati, quàm jam modò cum animâ confuſa fuit naturæ notio. Forma viventis ſeu animati non poteſt eſſe ſine formâ elementari; ſed benè forma elementaris ſine formâ viventis ſeu animati. Huius aſſertionis rationem ipſe Quercetanus reddit, quando diſputat, vtrum rerum facultates ad craſin an potiùs ad formam ſubſtantialem ſint referendæ. Ea autem ratio, quia tota intricata eſt & confuſanea, ad rem tamen apprimè facit: non pigebit nos in gratiam veritatis eam explicatè & diſtin- *Def. herm. med. à pag. 93. ad pag. 99.*

ctè tradere, vt discrimen formarum corpori tam inanimati quam animati clarè perspicueq; innotescat ex ipso, quod operæ inprimis est Quercetano.

176. Quæstio est, an stirpes exanimatæ forma substantiali priventur: vel, an in stirpibus anima sua privatis, abolita sit forma substantialis à qua dicunt occultas proprietates promanare: vel, quod idē est, an in stirpibus, peremptâ anima vegetativâ, perimatur substantialis forma. Verbi gratiâ, vtrum rhabarbarum, quum iam pridem ex solo suo exutū est, & à stirpe sua recisum, vimq; vegetandi deposuit, vt nullā neq; vitam neq; incremētum amplius ex matre suâ hauriat, hauriréq; possit: Vtrum, inquam, eiusmodi rhabarbarum animâ exutum, &, vt Quercet. loquitur mortificatum, jacturam formæ substantialis fecerit, nec ne? Consimiliter non tantum de stirpibus, verùm etiam de pecudibus macello dicatis quæri potest, num illis iugulatis, & mobili illa sensibili animâ atq; vegetabili spoliatis, seu vita aut animâ suâ vegetativâ & sensitivâ exutis, perierit forma substantialis.

177. Quercetanus respondet, quod non. Et pro negativâ adducit fructus, pyrum, pomum, frumenta, reliquaq; semina, quæ tametsi nō amplius vegetentur, contendit tamen, nequaquam ob id animâ suâ substantiali aut formâ privata esse. Quum enim creata sint in hominis vtilitatem & vsum, fieri, vt vltimus plantarum finis non sit ipsa vegetatio & vitæ earum propagatio, aut animatio, sed vt ea suâ animâ exutæ & mortifi-

cata

tatæ humanum genus reficiant ac recreent. Nullo autem vsui esse posse, si mortuæ sint post primam vegetationem: &, si destitutæ sint vitâ, quæ forma est substantialis, nec alere posse nec in naturam hominis converti. Huic enim bono in primâ creatione fuisse à Deo ter Opt. Max. conditas, non vt vegetarentur, sed vt vegetatæ, fierent proprium hominis alimentum aut medicamentum, totaque suâ formâ substantiali & accidentali transirent in hominẽ, vt illis reformaretur, hoc est, formam suam instauraret & sustineret in essentiâ suâ. Deperditâ igitur vitâ quâ sibi vivunt plantæ & alia naturæ indiuidua, non deperire eam vitæ formam, quâ vivuunt nobis, quæ sola ferè dici forma possit, eaq; substantialis, quod hominis substantiam, formam, essentiam foveat, augeat, sustentet. Porrò præcipuam illam esse formam, eò quod ipsam rei crasin sustineat, atque individuum perducat ad id, ad quod destinatum est. Huius vi ac merito, semen, quod mortuũ prorsus jacebat, agro insertum, similem parentibus suis speciem procreare: pecudes, quanquam jugulatas, vitam alimentaque homini præbere, rhabarbarum flavam bilem attrahere & vacuare. Denique non periisse animam vegetabilem in plantâ eradicatâ è suo solo & exsiccatâ: id in fructu vel semine elucescere. Nam semen siccum in terram coniectum, novum germen producere, specie parentes referens, quod nisi vi spiritus vivifici in semine latentis, non posset de potentiâ in actum prorumpere.

178. Verum enimverò quicquid declam[at] Quercetanus, vera nihilominus est sententi[a] quam impugnat, dummodo, quid crasis sit, dex[te]trè explicetur: nec ille tribus adversarij argu[-]mentis, quæ sibi discutienda proposuerat, suff[i]cienter satisfecit. Quâ de re vt eo certiùs atqu[e] evidentiùs constet, adducenda sunt argument[a] prout operâ Quercetani sunt in formam syllo[-]gisticam redacta.

179. Argumentum primum tale est:

Exanimatæ stirpes formâ substantiali priuantur,

Exanimatæ stirpes proprietates suas retinent, quam[-]do perstat crasis:

Ergo quædam, quæ proprietates suas retinent, per[-]stante crasi incorruptâ, formâ substantiali pri[-]vantur.

II. *Quod abolitum est, illud remanere non potes[t] in substantiâ,*

At in stirpibus animâ suâ privatis abolita est form[a] substantialis, à quâ dicunt occultas potentias pro[-]manare.

Ergo in stirpibus succisis forma substantialis perma[-]nere non potest.

III. *Peremptâ formâ substantiali, quod remanet [non] potest esse forma substantialis:*

In stirpibus peremptâ animâ vegetativâ, perimitu[r] forma substantialis:

Ergo in stirpibus quod remanet, non est forma sub-stantialis.

180. Nullum horum Quercetanus rectè [so]lvit. Nam in primo maiorem ceu falsissimam [a]rripuit: In secundo & tertio minorem negat, vt-

pote

ote quæ vtrobique falſa ſit. Quum tamen tam naior in primo, quàm minor in tertio ſint omni x parte veriſſimæ. In ſecundo quidem minor aborat ob occultas potentias, quæ formæ ubſtantiali annectuntur: At, ſi has excluſeris, ihil in illâ falſi deprehẽdes. Nam ſi negat, peremptâ animâ vegetabili & ſenſitivâ, perimi fornam ſubſtãtialem, negare cogitur & hoc, quod nima vegetabilis ac ſenſitiva ſint formæ ſubtantiales. Atqui hoc negare nequit. Ergo nec llud. Aſſumptum probo: quia eo in loco, ubi ubſtantiarum differentias exponit, primum loum formæ conſtituenti concedit, ſecundum nateriæ, tertium compoſito ex utriſque tribuit, æcque omnia ait ſubſtantias dici. Hinc ita arumentamur: Formæ, quæ ſtirpes & animalia onſtituunt in eſſe ſuo vegetabili ac animali: unt formæ ſubſtantiales. Atqui anima vegetabilis ac ſenſitiva conſtituunt ſtirpes ac animalia n ſuo eſſe vegetabili ac animali: Ergo anima veetabilis ac ſenſitiva ſunt formæ ſubſtantiales.

Def. herm. med. pag. 103.

Minor nullâ eget probatione. Quoniam ipſe Quercetanus apertè docet, nullum animal accipere ſenſum & motum, niſi à ſolâ ſpirituali formâ, animâ nempe, corpus movente, & vitalibus virtutibus informante. Propterea equum eſſe ctu & reipsâ equum, quum hinnit, movetur, altitat, currit, calcitrat. At huiuſmodi motus qui ſpirituales ſunt, formæ aut ſenſitivæ animæ effectus & operationes exiſtere, cum alioquin ratione corporis nil niſi terreſtre, grave & mortuum it, licet viſibili corporis formâ & lineamentis e-

Def. herm. med. p. 123.

quus esse videatur. Qui verò majorē labefactar vult, is magnâ cum clementiâ simul inficiabitur stirpes atq; animalia esse substantias. Itaq; recte dictum, intereunte animâ vegetativâ aut sensitivâ, interire formam substantialem.

181. Id verò quod negare Quercetanus debuit, est maior propositio syllogismi tertii. Nam si quid aliud id profectò falsissimũ est, quod perempta formâ substantiali remanet, non posse esse formam substantialē. Quia peremptâ in vegetabilibus animâ vegetativâ, peremptâ in animatis animâ sensitiva, relinquitur in corpore superstite non tantum crasis, sed & forma substantialis, à qua crasis non minùs, quàm vita ab anima dependet.

182. Hæcq; adeò in corpore superstite superstes forma substantialis, quin quasi per transennam fuerit à Quercetano visa, nullus dubito. Expressè enim meminit formæ, quæ ipsam rei crasin sustineat, quam paragrapho proximè antecedente corporalem dixerat, & ex crassiore materia compactam, quæque ritè componi non possit, quin certo rerum mixtarum temperamēto constituatur, vel, vt ego colligo, orta ex symphysi seu mixtione elementorum, quam loco allegato Quercet. minimè reticuit. Ea autem forma, quæ craseos sustentaculum est, quæ ex certo rerum mixtarũ tēperamento constituitur, quęq; ex symphisi seu mixtione elementorum orta est, est ipsissima mixti forma, quam corporalem dixit, quia elementaris sit, & ex crassiore materia compactam, quia ex elementis. Nam si Chymi-

Def. herm. med. pag. 97.

nicis credimus, nil nisi corporale, crassum, materiale elementa sapiunt, instar equi, quē Quercetan. ratione corporis, nil nisi quid terrestre, grave ac mortuum esse dixit. Nihilominus formam spiritualem aut spirituale corpus, vt Quercetanus loquitur, rebus elementatis elementa insculpunt, hoc est, formam substantialem conferunt, per quam corpora inanimata sunt quod sunt, non aliter ac per animam suam, quæ viuūt, esse suum obtinent. *Def. herm. med. pag. 123.*

183. Nec verò si formam eam elementarē Galenus eiusque asseclæ appellarunt crasin, ob id meruērunt tantopere à Quercetano reprehēdi. Nam quo iure vita Quercetano non semel dicitur forma substantialis: Eodem etiam concessum & illis fuit, formam mixti substantialem appellare crasin, quum perinde se ad formā mixti habeat crasis, atque ad animā vita, nec re sed ratione duntaxat, seu quod mihi vero congruentius videtur, modo rei vita ab anima, crasis à formâ mixti, distinguatur. *Def. herm. med p. 94. & 100. pag. 96.*

184. Quin imò si penitiùs atque acutiùs rem intueri voluerimus, nihil absurdi fuerit, ipsissimam mixti formam dicere crasin. Quoniam quæ est ratio primarum qualitatum ad miscibilia, eadem est ratio craseos, quæ ex primis qualitatibus resultat ad corpus mixtum. Iam verò suprà ostensum est, primas qualitates formas esse miscibilium constitutrices, in quantum miscibilia sunt. Constat ergò, crasin etiam esse formam constitutricem mixti in quantum mixtum est. *Cap. VI. num. 53.*

185. Hinc-

185. Hincque adeò Quercetanum oppidò decipi neceſſe eſt, qui nihil aliud craſin eſſe putant, quam formam per accidens: fortè fortunà in categoriâ qualitatis vnà cum temperamento, quod ſignificat, reponendam. At enimverò ſi accidentalis eſt ea forma, etiam mixta, quæ conſtituit, ſunt accidentia: Aut, ſi mixta ſubſtãtiæ ſunt, vt ſunt, conſequens eſt, formam quoq; earum conſtitutricem eſſe ſubſtantiam, ijsque formis annumerandam, quas in primo ſubſtantiarum ordine Quercetanus ſupra computavit: quem & paulò ante audivimus negantem, quod forma craſeos ſuſtentatrix ritè componi poſſit: niſi certo rerum mixtarum temperamento conſtituatur, atque adeò confirmantem, craſin eſſe formam conſtitutricem mixti, in quantum mixtum eſt.

Def. herm. med. pag. 94.

186. Quamobrem nihil falſi dicunt, qui dicunt, eſſentiam rei inanimis nihil præter craſim eſſe, atq; inanimatorum ſubſtantias certis temperamentis conſtitui, quæ vt varia & diuerſa ſunt, ita & diverſas eſſe inanimatorum ſubſtantias: At ſi dicunt (prout ijsdem Quercetanus exprobrat) ſubſtantias inanimatorum inter ſe differre non quidem formis ſubſtantiam conſtituentibus, ſed duntaxat temperamentis: quòd omnia naturæ individua, quibus in medelam corporum noſtrorum utimur, ſive ſint illa animalia, ſive vegetabilia, iugulata, eradicata, atq; hinc emortua, hac ratione formâ ſubſtantiali ſint ſpoliata: quòdque quæ animata ſunt, ea ſola vivant ac vegetentur, vt quæ vera forma ſub-

loc. alleg.

loc. alleg.

ſtan-

ubstantialis sit ea anima, essentiam & substantiam rei constituens: Proindeque frustrà & absurdè medicamentorum inanimorum facultatem formæ attribui; cum eâ careant, vtpote animâ destituta & mortua: Si, inquam, seriò ita sentiunt, gravissimè errant, quum posito temperamento, nec possint nec debeant formam substantialem tollere.

187. Nam sive ipsum temperamentum sit forma mixti: substantiam substantificum, vt ostendimus, informat: Sive, quod illi malunt, temperamentum sit nuda qualitas, ponenda est in substantijs inanimatis forma substantialis, à quâ quoad esse & operari temperamentum dependeat: Eaque è substantijs elementorum in vnum coalitis non aliter emergere dicenda est, atq; ex qualitatum elementarium vnione temperamentum statuitur exoriri.

188. Ideoque falsissimum est, quod asseritur, substantias inanimatas non differre formis substantiam constituentibus, sed duntaxat temperamentis: quoniam per formam mixti, & inanimata constituuntur, & ipsum etiam temperamentum. Falsissimum & hoc, quæ animâ carent, non habere etiam formam substantialem: cum animâ in auras evanescente, non statim etiam illa forma tollatur; quæ ex elementorum mixtione orta est. Hæc enim quia ab animâ nulla ratione dependet, etiam absque animâ seorsim & per se subsistere potest, & in mortuis non minus superesse, quàm in vitæ expertibus revera subsistere conspicitur.

189. Vn-

189. Vnde non tantum concludere licet abolitâ animâ vegetativâ & sensitivâ, quod remanet, posse esse formam substantialem, quæ non minus verè materiam superstitem inanimatam informet, quā corpus viventis anima vegetet ac moveat: Verùm etiā Quercetanus excusari potest, quod stirpes exanimatas negarit formā substantiali privari, dumodò per formam substantialem non quidem animam, quæ revera abiit, sed formam mixti, quæ reverà superstat, intellexit, quamque eum intellexisse; suprà fidem fecimus.

190. Id verò excusari nequaquam potest, quod formæ mixti affinxerit vitam. Hoc enim facit, qui negat, plantas ac pecudes, quamvis animâ suâ exutas & mortificatas, ullo usui esse posse, si maturæ sint post primam vegetationē: qui negat alere eas posse, aut in naturam hominis converti, si destitutæ sint vitâ, quæ formā sit substantialis, quam eadem cum anima substantiali facere non veretur: maximâ vtiq; cum perturbatione. Eo nanque pacto in inanimatis & exanimatis vita animaque & ponuntur simul & tolluntur: Idem & cadaver est, & spirat. Nec contradictionem evitare potest Quercetanus eo, quod dicit, deperditâ vitâ quâ sibi vivunt plantæ & alia naturæ individua non deperire eam vitæ formam, quâ vivunt nobis. Nam si nobis vivunt, vivunt & sibi: si sibi non vivunt, ne nobis quidem vivunt. Inde enim vitam habent, vnde & animam. Animam autem suam non habent à nobis. Ergo nec vitam. Ser-

Def. herm. med. p. 96.

viura

-unt nobis,non vivunt, postquam depositâ se-
-el animâ illis

Nox est perpetuo vna dormienda.

-ec qui vsus est,vita est. Hæc animæ debita est:
-e formæ elementari, à quâ non minus vis al-
-ix & medicatrix,quã crasis ipsa proficiscuntur:
-ec ratio ulla cogit nos, aliud alendi & medi-
-ndi principium comminisci, quàm quod vel i-
-am crasin nos esse diximus, vel craseos susten-
-culum Quercetanus.

191. Elementa enim, quæ formam mixtis
-nferunt,quidni etiam virtutes conferant,for-
-æ consectaneas? Itaque quod piper calefaciat
siccet,quod lactuca refrigeret & humectet;
-uod absinthium detergeat&obstructiones ex-
-diat,quod rhabarbarum bilem attrahat & va-
-uet,quod pyra,poma, frumentũ, quod omnis
-neris carnes, alimoniam nobis præbeant: Vi
-ementorum gratum acceptumque referre de-
-ent, quicquid vel agunt vel patiuntur. Nihil
-nim est in principiatis, quin aut actu aut po-
-ntiâ in principiis præfuerit. Proinde non mi-
-r,tot facultates & potentias è sinu elemento-
-m prodire, quum tot videam formas, quæ ab
-dem radice propullulent. Galenus mihi in
-ente, qui innumeras esse posse elementorum
-erationes & temperaturas, indeque mox in-
-meras particularium corporum oriri proprie-
-tes scripsit *lib.de Const.art.cap.*8.

192. Nec multum referre existimo, mate-
-liter mixtum, an formaliter agere dica-
tur.

tur. Neque enim ſicuti in viventibus, aliud cor-
pus, aliud anima eſt: Ita etiam in miſtis mater-
& forma vt res & res diſtinguuntur: Sed quem-
admodum miſcibilium vnio eſt miſti generatio
ita formæ miſcibilium in vnam naturam coalit-
ſunt ipſiſſima miſti forma, quæ, non vt anima
formis elementorum ſupervenit, ijsdemq;, ce-
quinta quædam eſſentia ſuperadditur, ſed qua-
tuor elementorum formis in vnam formam co-
adunatis & redactis, ſtrictè & præcisè determi-
natur. Propterea nihil intereſt, materiam mi-
ti dicas formam, an formam mixti dicas mater-
am, quum non re ſed ratione duntaxat ſeu potti-
us modo rei vnum ab altero in mixtis diſtingua-
tur, formaque mixti, quicquid ſit, quicquid po-
ſit, id totum materiæ debeat, ne quidem contra-
dicente Quercetano, qui non immeritò forma-
ex elementorum mixtione ortam, corporalem
materialem, compactam, & quidem è craſſior-
materiâ compactam pronunciavit, quod no-
perinde de eius ac de equinæ ſpiritualitate glo-
riari poſſet, ſed illam corpori & materiæ pen-
tus atque penitus immerſam eſſe cognoſcere:
Declarabimus rem exemplo Galenico. Tetra-
pharmacum, inquit, neque pix, neq; reſinæ, ne-
que ſebum, neque cera, ſed aliud quippiam vni-
præter hæc quatuor; quod ex illis omnibus ſi-
mul temperatis compoſitum eſt, quorum tam-
etſi nullum integrum ſincerumq; in tetraphar-
maco conſpiciatur, contineaturve, prorſus tam-
ab omni ratione alienum eſt, velle ob id etiam
negare, quatuor ea ſimul reperirii. Hæc Galenu-
Comm-

omm.2.in lib.de Nat.human. & 1. de element. cap. 1.
Adeoque nihil aliud tetrapharmacum est, quam
era; pix, resina, sebum, simul contemperata;
æcque contemperata nil nisi tetrapharmacum;
imili ratione nil aliud mixtum est, quam terra,
qua, aër, ignis in vnum redacta; hæcq; in vnum
edacta, nihil aliud quam mixtum.

193. Hancque adeò ob causam nimis mihi
crupulosa videtur Quercetani subtilitas; quâ
egat, vim ac proprietatem medicamentorum
alefaciendi, refrigerandi, incidendi aut deter-
endi materialiter agere: vel; quod manifestis
ualitatibus & sensui notis, actiones suas præ-
ent in medendo, prout est in elementis id præ-
are: Sed occultâ vi & potentia; propter for-
iam substantialem: quemadmodum exempli
ratia dicimus piper, aperto calore sensibus per-
io nequaquam esse præditum, qualis est ignis
alor aut ardor. At facultate tantum occulta
osse calefacere. Neque enim actionem eius
ercipi posse, nisi calore animalis permutetur;
uod est proprium abditarum virium; seu oc-
ultarum facultatum. Ideoque concludit, aliam
mnino esse ignis caliditatem; quam nimirum
κατ' εἶδος efficiat in corpore nostro: aliam ipsius pi-
eris, quam καθ' ἐντελέχειαν nobis impertiatur:
llam esse materialẽ, & quæ propriè sit elementi
gnis: At hanc formalem propriam esse substan-
æ ipsius piperis, & quæ nullo modo crasis aut
emperies dici possit. Certè enim quibus mate-
ialem actionem Quercetanus concedit; iis &
ormalem relinquere integram cogitur; & quæ

Def. herm. med. pag. 105.

formaliter agere vult, negare non debet, & materialiter agere : quum nullius omninò momenti sit, ille nimis acutè excogitata & agentium in ὁμοειδῆ & καθ' ἐντελέχειαν distinctio, & manifestarum qualitatum cum occultis confusio, & craseos aut temperiei exclusio ab actione formali.

194. Vt dicti fidem faciam, hoc ante omnia præsuppono, quod idem sit principium & urendi in igne, & calefaciendi in pipere: Purus ignis, qualis in sphærâ suâ sub concavo lunæ existit, nec urit nec ardet. Est enim, vt Quercetanus dicit, purus ignis nihil aliud quàm cœlum. Cœlum autem nullius per se complexionis, hoc est, nec calidum, nec frigidum, nec humidum, nec siccum : Talis ergò & ignis, per se nec urens nec ardens, nisi solâ potentiâ. Ea autem potentia in actum educitur, quando is materiæ concremabili aut inflammabili iungitur. Proinde rectè Quercetanus ait, ignem, quum urit aut ardet, materialiter agere. Rectè etiam hoc ait, quod ignis vnivocè agat, & more agentium quæ ὁμοειδῆ vocat. At per hoc non stat, quin idem & formaliter & καθ' ἐντελέχειαν agere dicendus sit. Entelecheian quidem capite quinto & sexto huius operis, elementis, cumprimis igni, restituimus: Neque hoc in loco possumus pati, vt formalis actio igni magis, quam vel entelecheia vel forma substantialis præscindatur. Profectò in flammâ & prunis urit & ardet per materiam forma ignis, per ignis formam materia

Def. herm. med. p. 138.

Alter

Alterius sic
Altera poscit opem res, & coniurat amicè.
nde palàm est, ignem non minùs formaliter
àm materialiter in flammâ & prunis urere: In
pere verò, quantum forma substantialis pipe-
s calefacit, tantum calefacit per ignis formam,
uæ velùti cum reliquis tribus elementorum
rmis materiam præbet, è cuius potentiâ, me-
ante mixtione, forma piperis educitur: Ita
rmæ piperis, mediante crasi vim indit excal-
ctoriam, quam igni piperis interno non ma-
s adimere Quercetanus potest, quàm ipsum
mistis ignem tollere. Et sic etiam patet,
uomodo cum formali piperis actione, stare
materialis actio, & crasis temperiesve pos-
ıt.

195. Neque enim cuiusquam momenti est,
uod negat, piper manifestis qualitatibus, &
nsui notis actiones suas præstare in medendo;
out elementa id præstent: quod negat, idem
dum aperto calore sensibus pervio esse præ-
tum, qualis sit ignis calor aut ardor: Sed fa-
ıltate tantum occultâ posse calefacere. E-
uidem non eo inficias, actionem ignis mani-
stiorem esse in prunis & flammâ; quàm in
pere: Sed neque in pipere occultam aut
oditam, quin potiùs sensibus notam & per-
am esse contendo. Nam quo exploratore
trimoniam in aquâ vitæ ferventem igneam-
ue vini qualitatem Quercetanus percepit *Def. herm.*
odem internuncio certior etiam fieri potu- *med. pag.*
de igne interno, quo piper æstuat, quique 206.

non magis gustui incognitus est aut imperuius; quàm flammæ ac prunæ vel ardor tactui, vel fulgor visui: ex quo porrò discere debuit, actionẽ piperis calefactivam, quia similem & conformẽ illi elemento, cuius vi piper calefacit, gustui speciem imprimit, hac quoque ratione vnivocam esse & quæ ὁμοειδῆ dicitur: Nec cõcludere debuit, idcirco piper occulta tantum facultate posse calefacere, quia actio eius percipi nõ possit, nisi calore animalis permutetur. Nam si hoc est proprium abditarum virium seu occultarum facultatum, calore animalis, vt agant, permutari: Dicemus, non tantum abditas seu occultas esse omnes eas medicamentorum potestates; quæ sensui gustûs apertæ sunt & manifestæ, verũ etiam ipsa elementa; vel invito Quercetano, velle inter agentia καθ' ἐντελέχειαν locum affectare, quum certum sit, nec aërem, quem haurimus, nec aquam, quam bibimus, agere in viscera nostra posse, nisi agendi principium sumant à calore animali: qui in nobis non minus aquæ ac aëris qualitates in actũ educit, quàm vires medicamentorum omnium, quorum nullum est, quod nos alteret, nisi alteretur.

196. Quocirca sumopere Quercetanus fallitur, quod existimet, qualitates medicamentorum dici occultas à calore nostro, qui eas de potentiâ ad actum promovet. Calor enim noster ad actionem medicamentorum non aliter concurrit, quàm vt causa sine qua non. Principium verò agendi effectivuum & formale medicamenta inde habent, vnde ortum. Ortum autẽ

ab

ab elementis habent: Igitur & vires agendi ab elementis. Porrò illarum virium vel eſt manifeſta cohæſio cum ſuis principijs, veluti quum piper calore ſuo ignem, lactuca qualitate refrigerante & humectante aquam, abſinthium amarore ſuo ignem & terram prodit; vel non eſt manifeſta cohæſio virtutis medicamentoſæ cũ ſuis principijs, vt quãdo rhabarbarum trahit bilem. Igneam quidem terreamque in rhabarbaro indolem non poteſt celare acrimonia amaricans & adſtrictoria: At quonam vinculo cum terrâ & igne, quomodo cum cæteris elementis vim cholagogan copulabimus? Ideoque non eſt de nihilo qualitatum medicamenti in manifeſtas & occultas diſtinctio: neque eam ſubuertit ſed cõfirmat Quercetanus, quum in vnius formæ ſubſtantialis ditionem omnes redigit.

197. Principia enim quæ eſſe dant piperi, lactucæ, abſinthio, rhabarbaro: dant vnicuique & operari: Elementa autem, vt iam multotiens diximus, illud dant. Ergo & hoc. Proindeque qualitates piperis, lactucæ, abſinthij, rhabarbari, omniumq; adeo medicaminum, non minus ab elementis quàm vnius cuiusque formâ ſubſtantiali dependent. In quibus ſicubi occurrent, quas cum elementis conciliare nequeas, interponet ſe Quercetani entelecheia, & quia neutri parti deeſt, æternum fœdus inter vtramq; ſanciet.

198. Quo fiet, vt fictitia vita, quã non tantum medicamentis ſed etiam alimentis Quercetanus inflavit, propriâ vanitate ſit in auras avo-

latura. Etsi enim non dissimulat Quercetanus, eum esse alimentorum finem, vt humanum genus reficiant ac recreent, vt in naturam hominis convertantur, vt totâ formâ substantiali & accidentali transeant in hominem, vt illum reforment, h.e. formam ipsius instaurent & sustineant in essentiâ suâ, deniq; vt hominis substantiam, formam, essentiam foveant, augeant, sustentent. Nihilominus tamen certo certius est, alimenta non minus quàm medicamenta, etiamsi careant vitâ, vitæ præstare, quod debent.

199. Nec vnquam quicquam absurdius a Quercetano dictum aut scriptum, quàm hoc: quod dixit & scripsit, alimenta instaurare formam hominis & sustinere in essentiâ suâ: fovere, augere, sustentare hominis substantiam, formam, essentiam. Illud enim in homine nutrimenta reficiunt, quod consumitur, recreant quod deficit, instaurant, quod atteritur, sustinent in essentiâ suâ, quod ad non esse labitur: fovent, quod fathiscit, augent, quod decrescit, sustentant, quod corruit. Iam verò quod in homine corruit, decrescit, fathiscit, labascit atteritur, deficit, consumitur, piaculum sit formam hominis dicere. Nam ipse Quercetanus ex Aristotele contra Galenum disputat, intellectum esse impassibilem. Ideoque bis sibi contradicit, quando ait alimenta instaurare formam hominis & sustinere, alimenta formam hominis sustentare, augere, fovere. Id enim quod in homine reficitur, recreatur, instauratur, sustinetur in essentiâ, fovetur, augetur

Def. herm. med. à pag. 101.

sustent-

ſuſtentatur, materia eſt, corpus eſt (quibus mixtum eſſe intellectum Quercetanus ex diſciplinâ peripateticâ negat) .non eſſentia hominis, non ſubſtantia hominis eſt, ſed ea eſſentiæ, ea ſubſtantiæ humanæ pars; quæ animâ demptâ, eiuſmodi omninò eſt, cuiuſmodi Quercetani equus ratione corporis: Nil videlicet niſi quid terreſtre, grave ac mortuum, &, vt verbo dicam, lutum eſt, ex quo nos in primâ creatione Deus ter Optim. Max. formavit, in quod etiam per mortem vi maledictionis divinæ relabimur. Hoc lutum, quia calore inteſtino continuè carpitur & atteritur, alimenta ſubinde ſarciunt & farciunt, in hoc lutum forma ſuâ ſubſtantiali & accidentali tranſeunt, in huius naturam convertuntur, vt rectè dixerit Quercetanus nos parentes noſtros, quotidiè edere.

loc. cit. *D.H.M. pag. 123.* *Def. herm. med. pag. 297.*

200. Nam quod ea in hominem tranſire inque humanam naturam converti Quercetanus aſſeverat, id ab eâ tantum hominis humanæque naturæ parte verum eſt, quæ non animam ſed corpus, ſed materiam, ſed lutum atque elementa concernit: Iam ſi idem eſt nutrimentum cum nutrito, eademque ſunt illa, ex quibus conſtamus & ex quibus vivimus: conſequens eſt, alimenta, quia eam tantum noſtri partem, quæ corporalis, quæ materialis, quæ terreſtris, quæ elementaris eſt, ſpectant, non eſſe niſi corporalia, materialia, terreſtria, elementaria, talia, in quibus neceſſe ſit vitam non eſſe, ſed fuiſſe.

Def. herm. med. pag. 297.

201. Neque enim eſt, quod triticum nobis, quod alia ſemina Quercetanus obijciat, turgida ſpiritu vitali ac vegetante, poſtquam vel à craſſiſſimo agricolâ terræ fuerint comiſſa. Nam nullus ruſticus tam ſtupidus eſt, vt neſciat, fruges & legumina non ea parte, quâ vitæ capacia ſunt, qua in herbam & germen erumpere, in ſpicam aſſurgere, in ariſtam extuberare apta nata ſunt, nos nutrire, ſed eâ ſolùm parte, quæ vitæ expers, atque in chylum, Chymum, ſanguinem & ſuccum convertibilis eſt, adſciſci in alimoniam, quin imò niſi abolitâ parte vitę capaci, non promi in vſum. Integrum, Quercetane, aut vitale triticum ſeritur, non eſtur, non bibitur. Panis triticeus, puls triticea comeduntur, non ſeruntur. Non ſeritur ptiſana triticea, triticea cereviſia, ſed bibitur. Vt bubulâ ſatiemur, mactamus bovem: Nec triticum veſcum fit, ſalvâ, quę in eo eſt, vi vitali, quæ in molâ non aliter jugulatur, atque in macello bos. Et tum demum, quum vitam, quam habent, perdiderint, vitæ humanæ, cui præſunt, proſunt, quotquot ſunt tum ſtirpes tum animantes, quibus alendi & medendi vires natura parens indidit. Nã, quia non animæ ſed corpori dicatæ ſunt, animam deponere poſſunt, nõ poſſunt eâ carere forma, quam corporalem, materialem, elementarẽ, ipſe Quercetanus, vt audivimus, dixit, &, vt oſtendimus, magnâ abſurditate, cum animâ ſeu formâ viventis confudit.

D.H.M. p.99. 202. Eaque confuſione effecit, vt exiſtimẽ, Quercetanum adverſario ſuo exprobrantem, quod

quod nihil spirituale sapiat, imò terrestrior sit ipsis agricolis, quodq; in agnoscenda crasi planè dyscratos, non posse effugere reprehensioné, quâ alium notat, quum vel stupidissimus & crassissimus agricola (sunt & hæc formalia Quercetani verba) longè veriùs quam Quercetanus noster de vitâ rerum philosophetur. Nam, non quæ sunt vivere, sed quæ vivunt esse: nec quæ intereunt mori, sed quæ moriuntur interire, bardus quisque ac fungus scit

Vervecum in patriâ crassoq; sub aëre natus.

Cui si Quercetanus persuadere velit, ea omnia vitam habere, quæ ex elementis orta sunt, quæ materiam & formam habent, quæ oculis subiiciantur & reliquis sensoriis occurrunt, quæ non sunt in nihilum redacta, quæ subsistunt, quæ agendi potestate pollent, quæ generationi atque interitui obnoxia sunt: Audiet forsitan à rustico obiici sibi, quod viro docto ipse obiecit. Non est enim spiritualis philosophia, sed pinguis philosophia est, formas tam distinctas tam turpiter confundere: id quod non tantum in primo argumento Quercetanus fecit, sed & in reliquis.

203. Hinc instar sideris matutini in secundo argumento effulget hoc enthymema: Aurum formam & materiam habet: Ergò & vitam. Qui sapit, invertet argumentum, atque ita ratiocinabitur: Si vitam habet: Ergò & formam & materiam. Non vice versâ. Habent enim materiam & formam, etiam quæ vitâ carent. At quæ

vitâ fruuntur, non possunt esse sine materiâ & formâ, non certè magis, quam homo sine corpore & animâ, vt supra nos Quercetanus docuit.

204. Nec fulcitur ruinosum hoc enthymema sorite illo philosophico, quem, prolato enthymemate, statim contexit vitæ in vitæ opifex. Quoniam in ipso fundamento impingit, quando ita concludit: Vivit aurum, quia non est mortuum. Non est mortuum, quia non est in nihilum redactum. Non est in nihilum redactum, quia subsistit. Subsistit, quia sensibus occurrit, Vivit ergò, quia non est mortuum. Certè equidem non est civilis philosophii lapidi asscribere visum, quia non sit cæcus. Vivit aurum, quia non est mortuum. Videt lapis, quia non est cæcus. Sic Quercetanus. Ego contra. Non est cæcus lapis, quia nec videt: Non est mortuum aurum, quia nec vivit. Non vident statim, quæ non sunt cæca, nec vivunt, quæ non sunt mortua. Datur enim tertium, nec vivere, nec videre: quorum illud non minus auro, quàm hoc lapidi competit. Nam perinde se mors & ad vitam & ad corpus habet, atque ad visum & ad oculum cæcitas: utque hæc est visûs, ita illa vitæ, privatio. Neutra è medio tollit subjectum, cui inhæret: sed habitum per quem inhærent, ambæ tollunt, mors vivendi, cæcitas videndi. Nec magis per mortem corpus in nihilum redigitur, quàm per cæcitatem oculus. Oculus excæcatus non desiit esse, sed desiit videre. Neque po-

mor

mortem non superest corpus, sed non vivit.

205. Itaque Quercetanus, qui non tantum hîc loci verùm etiam in septimo & vltimo argumento corporis in nihilum redactionem eiusque integram & plenam assumptionem censet ad formalem mortis rationem pertinere: nec de morte profert sanæ rationi consentanea, nec de vitâ, quam metallis, materiæ & formæ merito deberi statuit eò, quòd nulla materiæ & formæ permixtio, conjugium nullum sit, nisi vitæ alicujus vinculo, quod ex elementis & principijs eruatur, in quibus sit vita rerum. Certè enim vita rerum neq; in elementis est, neque in Chymicorum mercurio, sulfure, sale: Sed est in corpore animato. Elementa autem vt & Chymicorum principia non sunt corpora animata: Ergo neque habent vitam. Materiam quidem & formam habent, non habent vitam, quæ cum animâ tam inseparabiliter cohæret, vt non sine causâ dixerit Quercetanus, vitam & animam esse ἀχώριστα. Vbi ergo vita est, ibi anima est, & vice versâ: vbi anima non est, ibi nec vita est. Rursus vbi anima est, ibi & forma est. Non verò vbi forma, ibi & anima. Nam omnis anima, forma est; Non omnis forma, anima est. Ideoque non quæ sunt vivunt: sed quæ vivunt, sunt. Nec vitâ, ceu vinculo opus est, quod materiam cum formâ colliget: quum plures formæ etiam sine vitâ materiam suam informent, id quod non tantum in elementis & principiis Chymicorum videre est,

Excurs. in Riol.

verùm

verùm etiam in mixtis, vtpote auro & mineralibus, quæ ope caloris elementaris subsistunt, ceu vinculo, quo humidum cum sicco vnitur & terminatur, quoque disrupto, mixtum non moritur, sed interit. Etenim, vt vel suprà diximus, mors interitus est, non verò interitus mors est. Intereunt namque etiam quæ non vivunt: non moriuntur, nisi quæ vivunt. Et veluti animam vita sequitur, ita formam operatio.

206. Proinde pessimè à Quercetano conclusum, id dici non posse vitâ carere, quod agẽdi potestate præditum sit. Quid igne actuosius? hunc tamen puto non posse vivum nisi per metaphoran dici. Quum enim ex Quercetano audierimus, duplicem esse rerum vitam: Vnã qua sibi vivunt, alteram quâ nobis: Neutrius particeps ignis est. Nam nec sibi vivit, quia nec vegetatur vt stirpes, neque animatur & sentit, vt animantia; Nec nobis etiam vivit, quia nec flãma nec pruna est alibilis & in naturam humanã convertibilis aut docilis transire in hominem, hominisque substantiam formam essentiam fovere augere sustentare. Quin potiùs vt corruptor & destructor, suprà fuit à Quercetano proclamatus. Ideoque concludimus, ignem nullam prorsus habere vitam, quia neutram habet, & nec sibi nec nobis vivere, atque adeò non omnia statim vivere, quæ agendi potestate prædita sunt: Aut, si quæ eiusmodi sunt, vivunt, vivere & ignem, quo nihil sit, vt diximus, actuosius.

207. Et si in spiritibus vita est aut ipsimet vita

vita sunt, nihil igne vitalius reperiri, quia nec spirituosius quicquam: quum vel supra viderimus præclara activæ spiritualitatis & spirituosæ activitatis documenta, quæ edidit. Et ut verè eum spirare animaduertas: aëre non minus ei ad alimentum, quam animantibus ad vitam opus est, quo negato aut intercepto, non aliter ac viventia expirat protinus seu extinguitur, quin ipsa auri mirifica actio mortua est, nisi vitam animamque accipiat ab igne. Vnde cognoscere Quercetanus debuit, agere & spirare non dependere à vitâ, vt principio adæquato; sed vitâ patere latiùs, ijsque etiam quæ non viuunt; pro suo cuiusque modulo ac captu competere. Neque enim in corporibus inanimatis magis, quã animatis, ociatur forma substantialis; sed ope dynameos formam comitantis (quam non magis à spiritibus Chymicorum, quam à formâ substantiali separari posse, suprà nos Quercetanus docuit) est pro virili efficax. *Cap. VI. num. 52. Def. herm. med. pag. 103. & 104. Alexic. p. 140. 141.*

208. Eademque subjectum suum minimè nuda occupat, sed qualitatib. dotata sensu perceptibilibus, quæ nõ minus gustũ, olfactum, visum, quam tactum & auditum feriunt. Itaque quærere Quercetanus desinat; quare metalla, tot saporibus, tot odoribus, tot caloribus, alijsq; virtutibus prædita, negemus viuere? Nam quæstionem statim decidet quæstio. Interrogabimus Quercetanum; quare colores, odores, sapores detrahere ausit substantijs inanimatis, quib. nec formam substantialem nec qualitates tactiles, nec (nisi fallor) etiam audibiles detrahere

ausus est? Vel, vt clarius dicam, quare formam elementarem magis sterilem aut ignavam putet formâ viventis.

209. Proinde aurea Hesperidum mala, quæ ex Chymicis & Poëticis figmentis Quercetanus decerpsit, etiamsi per se marcida non essent; non possunt tamen marcescere in quinto argumento, quo vitam auro Quercetanus vindicat, ob vim nimirum generativam & transmutativam. Hæc enim quoniam vtrique formæ, vt pluries jam ostensum, communis est, tam perperam per eam auro & metallis vita adsereretur; quàm adimeretur non viventibus, quorum generationes & transmutationes sunt in propatulo.

210. Ex quo facilis est sexti etiam argumenti solutio. Quoties enim Quercetanum audiero, quærentem, Qur mare, quod conchis, piscibus, corallis ex suo elemento vitam elargitur, nõ & auro possit vitales spiritus impertiri; Totiens respondebo, interrogando similiter: Qur elementa, quæ materiam & formam mixtis inanimatis conferunt, non possint & animam ijsdem conferre?

211. Vbi frustra coccysmum suum de vitâ carnium vescarum Quercetanus repetit, quæ satis superq; explosa est in antecedentibus, quemadmodum ibidem animam etiam agere visa invisa vita, quam inanimatis affinxit, tum etiam mortem subire coacta mora mors, quâ non viventia interëmit. Vita & mors, Quercetane, in sola cadunt animantia; generatio & corruptio

ruptio etiam inanimis communes sunt.

212. Quamobrem vita præsupponit generationem: generatio non præsupponit vitam: & quicquid moritur, corrumpitur: non quicquid corrumpitur, moritur. Generatio genus est, vita speciei instar se ad generationem habet. Mors species est, genus corruptio. Nec quia ex ipsâ ligni carie tineæ & asllalia aut vermiculi, Xylophagi græcis dicti, cossi & termes latinis, progignuntur & enascuntur, propterea vivit lignum? Non certè magis, quam phlegma & caput mortuum, quum verminant.

213. Legimus te alicubi ex Hippocrate docentem, differre corpus à corpore, & naturam à naturâ, nec omnia omnibus congruere, sed alia alijs accommodata esse & consentanea. Differt, Quercetane, corpus mixtum à corpore vivo: differt natura elementaris à naturâ vegetabili & animali: Nec vita morsve elementis & elementatis sed plantis & animantibus congruunt. Propterea rectè dicimus tum elementis tum elemẽtatis consentanea esse materiam, formam, essentiam, substantiam, subsistentiam, dynamin substantialem, generationem, interitum, cætera, quæ prolixè commemorauimus: Non animam, non vitam, non mortem. Hæc enim solis vegetabilibus & animantibus accommodata sunt & consentanea: Illa autem omnia omnibus tam animatis quam inanimatis congruunt. *Lib. de Flatibus.*

CA-

CAPVT XII.

In quo examinatur & evertitur duplex prærogativa trium principiorum Chymicorum.

214. HActenus naturam corporis misti vidimus, & quantum ad instituti rationem attinet, pervidimus: jamque rectà digredi hinc poteramus ad artis opera, quæ post objecti considerationem excutienda veniunt; nisi paululum nos subsistere cogerent tria Chymicorum principia, quorum ratio & essentia etsi ex ijs, quæ prolixè disputavimus satis superque cognosci potest: Debemus tamen & hoc quatuor elementis, quorum decus & honorem huc usque tuiti sumus, ut prærogativam, quâ se illis anteferre Chymicorum sal, sulfur, mercurius audent, ex ii mis fundamentis evertamus, id quod partim in dictis factum est, partim in dicendis fiet.

215. Eo namque ipso, quo demonstravimus; Chymicorum tria principia nil esse aliud quam substantias mixtas; homogeneas, similares, ex mixti resolutione instar vel fumi vel flammæ vel cinerum oriundas: Eo, inquam, ipso hoc demonstravimus, eadem ipsa nec principia esse, nec hypostatica, nec vitalia, nec prima: Esse verò non minùs passiua quam activa, nō minùs materialia, quàm formalia: Esse mera ac vera corpora, nec cœlo & astris proximiora; quàm vel elementa sint, vel quæ ex elementis ortum ducunt. Nam quod sal suum, & mercurium

itern

itemque sulfur in cœlo Quercetanus fingit, id ex mathematicis didicit, qui ibidem & arietem pascunt & pisces alunt, ubi nec prata sunt nec flumina. Nec nos aliter in cœlo sulfur rutilare, mercurium fulgere, sal splendescere credimus, quàm inibi vel pisces natent, vel aries saltet, etsi capram saltantem inter meteora numerat Aristoteles. D.H.M. cap. XV.

216. Duo adhuc expendenda supersunt: Vnum est, an verum sit, quod Quercetanus scripsit, doctrinam suam de tribus principijs, vt certam ac verissimam, si excolatur, addiscatur, & omni studio excutiatur, omnes mentis nostræ tenebras facilè discutere, lucē clarissimam afferre, difficultates omnes submovendo. Ex eâ enim scholâ certissima theoremata & axiomata citra tot disputationes depromi, quibus vt apertissimis & firmissimis nihil opponi possit. Quia vsq; adeò constanti muniri veritate, vt citra omnem controversiam ab æquis judicibus vnō consensu facilè admittantur & recipiantur, nec opus sit ad asinorum pontem occultas proprietates (quem aduersario suo Quercetanus toties obijcit) in alicuius causæ ignoratione cōfugere? Alterum; quod discutiemus, sacer est ternarius, ex quo omnia deducunt, & ad quem omnia reducunt, qui tribus principijs favent, vt in Quercetano & Beguino videre est. D.H.M. p. 202.

217. Ad primum respondeo, fragilem nimis ac debilem esse tibicinē, quem scientiæ naturali Quercetanus supponat, quandoquidem nec ipsum potuerit Quercetanum sustinere. Nā

ex ipſo Quercetano facilè probabimus, tam ſcientifica eſſe, quam hypoſtatica fuerint, tria illa Chymicorum oracula. Reddat Quercetanus cauſſam, quur Rhabarbarum purget flavam bilem? Scio equidem ad ſalem & ſpiritus ſalinos curſus erit in ſeptimo defenſionis hermeticæ medicinæ. At verò quur non acquieſcit in ſale? quur in capite proximè ſequenti opem ſpirituum mercurialium, antimonialium & arſenicalium implorat? Quur in Alexicaco ſpiritui
pag.393. mercuriali purgativo aſſociat antimonialem & arſenicalem: antimoniali, mercurialem & arſenicalem? arſenicali, antimonialem & mercurialem? Quur deniq; horum omnium oblitus for-
D.H.M. *pag.98.* mæ rhabarbari ſubſtantiali ſubſcripſit, vbi rhabarbarum deſcripſit, medicamentum purgandæ bili idoneum? Hujus ejuſdem farinæ eſt, quod
Libr.2. def herm. med.p.1. Alexic. pag.138. ſpiritibus ferri in magnete peregrinantibus, eſurientibus & famelicis adſcribat vim ferri attractricem; cujus tamē cauſam reddi poſſe alibi negat, vt & eius virtutis, quâ polum magnes reſpicit: in ſolis, quos producunt, quoſque ſenſibus
D.H.M. pag.166. ſecundum ſpeciem falli neſcijs ſubijciunt effectis, meritò acquieſcendum eſſe monens. Inter arbores ſcribit abietem, tinum perpetuò virere, vel in ipſis montibus rigidiſſimis, quod ſulfureo principio abundet, præcipuo vegetationis inſtrumento admodum vitali. At quur ſempervivum nec abiete nec pinu in nomine ſuo ſe indignum præſtat, etiamſi ſulfuris pauperrimum, phlegmatis viſcoſi ditiſſimum ſit? In Alexicaco originem peſtis indagaturus, quem in tribus
prin-

incipijs parum opis situm esse perspiceret, tria venena accersiuit, quibus negocium conficeret: sic, veluti purgantia ex antimonio, mercurio, arsenico: Ita ex napello, arsenico, aconito. Tribus primis ac postremis silere ac feriari iussis, exsuscitavit pestem. Nec in alijs aliter se gessit, vt facilè manifestum fiet similes ejusdem demonstrationes ad rationis trutinam revocantibus, in quib. nihil certius, clarius, apertius, quam perpetua principij petitio, quâ vel eluditur veritas vel obtenebratur.

218. Vnde intelligere possis, tria Chymicorum principia, non plus intellectui nostro conferre ad cognoscendũ, quàm rerum naturæ contulerint ad essendum: omniaq; adeò theoremata & axiomata, quæ sal, sulfur, mercuriũ, quæ spiritus mercuriales, antimoniales, arsenicales, quæ spiritus famelicos, quæ spiritus napellinos, arsenicales, aconitales, similiaque prodigia crepant, sponte suâ in quatuor elementa, eorumq; vires cum manifestas tum occultas recidere: Vel, si nolint, nil reverà aliud quàm splendidè nugari. Hoc primum est.

219. Alterum ternarius est nõ minus chymicis dicet, quã Ramistis binarius. Quod si tãti quodest; quanti numeratur, facilè ostendemus, quaternarium, quo elemẽta continentur, nec nobilitate nec amplitudine cedere ternario, quẽ chymici tãtoperè jactitant. Numeremus, age, causas, numeremus elementa, qualitates primas, humores corporis nostri, dimensiones, plagas cæli; ventos, partes telluris, partes anni, partes diei, partes ætatis, tẽpora morborũ, solis equos, lunæ vi-

cissitudines, ignis gradus, monarchias: Nec dubium erit ampliùs, quin tam magnus quàm paruus mũdus quaternario ceu vinculo cõtineatur, quemne pyrotechnia quidẽ ipsa queat subterfugere. Iam si sacra profanis miscere fas, quod sibi licere Chymici persuasum habent, occurrent nobis quatuor flumina paradisi, quatuor animalia Ezechielis, eiusdemque rota, quatuor cornua Zachariæ, quatuor eiusdem fabri, itẽ currus Zachariæ cum totidem equis & ipsis quadricoloribus, quatuor animalia Danielis, quatuor Euangelistę, quatuor animalia apocalyptica, quatuor equites apocalyptici; quatuor equorũ colores, quatuor dimensiones, quarum ad amussim mysteria fidei in Epistolâ ad Ephesios III. Paulus exegit, eumque secuti D. Bernhardus in fine opusculi de consideratione; itemque Bellarminus in aureo libello de ascensione mentis in Deum prolixius extenderunt; ne quid nunc de Sancto Augustino dicam, qui in secundo de doctrinâ Christianâ, ijsdem ipsis dimensionibus tum crucem dominicam, tum omnem actionem Christianam describi prodidit: Sed nos qui res non numeros consectamur, ab hoc diverticulo redibimus in viam, & quæ post Obiecti considerationem explicanda restant, hisce quasi in transitu delibatis, aggrediemur.

C.

CAPVT XIII.

Operum Chymicorum differentiæ & species reducuntur ad doctrinam Aristotelis & Dioscoridæ.

20. ÆQuum est, eò opera & effecta Chymiæ referre, quò operationes, quò rincipia operandi, quò denique obiectum isum retulimus: Nam ipse Beguinus, quando *Init. lib. 2. Tyroc.* liquiditate, mollicie, duritie, tres summas oerum differentias constituit, digitum intendit d fontem, è quo tum opera, tum operationum fferentiæ emanant. Est enim ea distinctio phisophi in decimo quarti meteorologici: ἔστι δὴ ν σωμάτων τῶν δεδημιουργημένων, τὰ μὲν ὑγρὰ, δὲ μαλακὰ, τὰ δὲ σκληρά: Quam Beguinus hymicis speciebus applicans, omnes eò traxit, de illam desumpsit, & vnde nos suprà operaones ipsas deduximus, quas vnà cum operibus c vel explicitè & implicitè, & vel actu vel vire contineri cuivis constabit, qui operationias opera, qui solutionibus soluta, coagulatiobus coagulata, distillationibus stillatitia, subnationibus sublimata, calcinationibus calces, tractionibus chylismata, assationibus assa, elitionibus elixa, decoctionibus decocta, macetionibus infusa, cætera cæteris, prout convee reddiderit, id quod factu non admodum dile est, quum principia vtrobique eadem sint. uanquam enim tum nominum portentis tum strumentorum varietatibus videantur Chy-

mici & operibus & operationibus suis novita-
tis speciem inducere: Si tamen ad principia re
redeat, vetusta esse, quæ nova apparent, suprà o-
stendimus, ubi formas ac modos operationum
Chymicarum ex disciplinâ tum Stagireâ tum A-
nazarbeâ digessimus.

221. Quamobrem sive *latices* suos *stalactic*
Chymici jactitant, meminerint eos & sup
stillasse, ut destillationis, ubi & trium Chymico-
rum principiorum notitiam eruditæ antiquita-
ti vindicavimus: & ex gemino illo habitu, q
distillationis atque sublimationis promus con-
dus est, omnes derivari. Verba philosophi in ter-
tio primi meteorologici hæc sunt: ἡ ἔστι ἡ ἀτμι-
δὸς μὲν φύσις ὑγρὸν ἡ θερμόν, ἀναθυμιάσεως
θερμὸν καὶ ξηρὸν· καὶ ἔστιν ἀτμὶς μὲν δυνάμει, οἷ
ὕδωρ. ἀναθυμίασις δὲ δυνάμει, οἷον πῦρ. Quib
duplex panditur origo, in quam stillatitij qu
que liquores effluant. Atmis namque hum
res aquosos seu aquas mercuriales ut emitt
ita recipit: In anathymiasin verò recidunt tu
spiritus ardentes, quos de igne & aquâ partic
Lib.2.c.4. pare Beguinus expressè fatetur: tum olea, qu
cap.6. inter aëris & ignis naturam ambigere non in
ciatur: tum corrosivæ mineralium lymphæ, c
causticam ferociam verè lymphaticæ.

222. Sive *de sublimatis* suis glorientur, n
deerit antiquitati cadmia, pompholyx, arge
tum vivum ex cinnabari, non fumus, non ful
go, quam largâ manu Aristoteles & Dioscor
des ministrant. Ille quidem in nono quarti m

tec

teorologici. Hic verò in primo operis sui *capp.* 85.86.94.97.

223. Sive *extracta* sibi mancipent, vindiciarum minime obliviſcetur Dioſcorides chyliſmatis, quæ deſcripſit, ex radice gentianæ, ex centaurio minore, ex lycio, ex abſinthio, ex hypocyſtide, & ſimilibus. Cujuſmodi quidem liquamenta & craſſamenta nec Ariſtotelem clàm fuiſſe conſtat ex ſeptimo ſecundi de partibus animalium, ubi de leguminum reliquorumq; fructuum decoctione ait, per eam exacto humore, dura illa terrenaq; admodum relinqui.

224. Sive ad calculum *calces* ſuas vocent, præſto ſunt nobis tum cineritij ſales, quos ſub χειρουργία Ariſtotelis in apricum produximus, cum de tribus Chymicorum principijs ſermo eſſet: tum calces Dioſcoridis, quas in quinto operis ex cadmiâ, ære, vitriolo, plũbo, chryſocollâ, auripigmento, pumice, ſale, nitro, tartaro, teſtis marinorum buccinorum, calculis littoralib. marmore alijſque lapidibus paravit, quarum etiam generatim meminit Ariſtoteles in calce libri tertij meteorologici.

225. Sive denique ea etiam, quæ ſuapte induſtriâ inveniſſe videntur, arrogare ſibi auſint, non propterea integra ijs ſolidaque relinquetur inventionis laus; quia non tam inveniſſe illa, quam inventis addidiſſe, perſpicuum eſt ex ijs, quæ ad quartum meteorologicum prolixè hactenus diſſertavimus. In quibus veluti Ariſtotelem Chymiæ, Chymian Ariſtoteli reddidimus: Ita id in poſterum penſi habebimus,

vt non minùs cum medicinâ dogmaticâ eadem ipsa reconcilietur. Hæc enim huius disputationis altera pars est, in quâ tum operum Chymicorum facultates expendemus, tum pharmaca Chymicorum cum dogmaticis conferemus, denique ad medendi methodum exigemus, quod abſque methodo in medendo audent, qui à chymia nomen & auram captant.

CAPVT XIV.

Exponens principia facultatum, quas in medendo opera Chymica exſerunt.

226. QVemadmodum ſe res habet in eſſendo, ita etiam ſe habet in operando. Chymiæ opera, quæ ex elementis & ab elementis producta ſunt, vti in præcedentibus fusè oſtendimus: non poſſunt à ſe alienum putare, quod naturam elementarem conſequitur. Ideóque & Gluckradius, qui ſcripſit, Chymicos potiſſimum non reſpicere ad qualitates primas, & Quercetanus, qui haſce eaſdem rerum quiſquilias appellitat, quiſquilias ipſi ſerunt, quando elementis ſusque deque habitis, non niſi cœlum, aſtra, ſidera, ſpiritus, quintas eſſentias reſpiciũt. Etenim vnde eſſe ſuum habent opera Chymica, inde etiam habent, quod operentur. Eſſe autem ſuum ab elementis obtinent. Ergo etiam & operari habent ab elementis.

In cap. 4. lib. 2. Beguin. p. 130.
D.H.M. pag. 88.

227. Neque eſt, quod Quercetanus nobis obiiciat vel ex Fernelio & Schegkio formã ſubſtantialem, cui omnes agendi qualitates & poten-

tentiæ debeantur, vel ſpiritus ſuos, à quibus a-
ctio omnis proficiſcatur, vel dynameis Hippo-
craticas, quibus craſin & qualitates elementares
explodit, vel denique cœlum ipſum, à quo o-
mnes rerũ facultates & poteſtates derivat. Nam-
que vel ex antedictis videre eſt, quod poſitis ele-
mentis, poſitâ craſi elementari, nequaquam tol-
lantur, ſed potiùs certò firmiterq́; ponãtur tum
forma ſubſtantialis, tum ſpiritûs Quercetani,
tum dynameis Hippocraticæ, tum denique &
quod tegit omnia cœlum.

228. Quare quod formam quidem ſub-
ſtantialem attinet, nos Fernelio, Schegkio,
Quercetano vnum opponimus Zabarellam, qui
ſolidiſſimis rationibus docet, formam miſti nõ
eſſe additam formis elementorum, neque re ab
ijs diſtinctam, ſed quatuor ipſas elementorum
formas per miſtionem in eam vnam migraſſe.
Ideo in miſto quatenus miſto, vnam tantum *Lib. de ge-*
formam ineſſe, quæ miſtionis forma nuncupari *nerat. &*
ſoleat, nec re diſtinguatur à formis elementorũ, *inter. c.2.*
qui præclarè diſputat, miſtionem & generatio- *Lib 1. de*
nem miſti non re ſed modo quodam differre, *gener. &*
atque idcircò præter formam miſti in miſto ni- *inter. mi-*
hil aliud eſſe quàm primã materiam conſtanter *ſti. c. 8. &*
aſſeverat. Nihil ille miſtis præter quatuor ele- *9.*
menta relinquit, nihil nos operibus Chymicis *Lib. de ge-*
præter naturam elementarem, quæ in ijs efficax *nerat. &*
eſt, tam per ſpiritus quam per dynameis. *interitu cap. 3.*

229. Etenim, vt ſuprà nos Quercetanus do- *Cap. VI.*
cuit, idem Ariſtoteli eſt δύναμις οὐσιώδης, quod *num. 52.*
hermeticis ſpiritus ſeu ſubſtantia ſpiritualis: Ad-

 eoque

eoque perinde eſt, ſive per ſpiritus ſive per dynameis dicatur forma elementaris, per quam opera Chymica ſunt, quod ſunt. Neq; vel Quercetanum juvat, vel vices elementorum enervat locus Hippocratis, qui in priſcâ medicina extat, & in propugnaculo hermetico allegatur: πάντα ἀπὸ δυναμέων γίνεσθαι, τὸ θερμὸν, ψυχρὸν ὑγρὸν, ξηρὸν nõ eſſe μεγάλην δύναμιν ἔχον. pag. 295.

230. Certum equidẽ eſt πάντα ἀπὸ δυναμέων γίνεσθαι: At quænam ſint illæ dynameis, non ſatis ſuperque ex Hippocrate & Ariſtotele oſtendimus, vbi de principijs tum mixti tum operationum Chymicarum agentes, virtutes elementorum à chymicorum injurijs vindicavimus. Quibus non obſtat, quod Hippoc. neget eſſe μεγάλην δύναμιν ἔχειν. Nam δύναμιν, quam hîc loci extenuat, alibi mirificè extollit, inprimis lib. de naturâ humanâ, & ſectione quintâ aphor. decimo ſexto & ſeqq. ad vigeſimum vſq; ſextum: Vbi quę de qualitatum elementarium impotentiâ libro de priſcâ medicinâ promulgantur, tã apertè divinus ſenex evertit, vt non deſint, qui putent, illum de priſca medicinâ librum non minus ſuppoſititium eſſe, quàm quem de flatibus conſcripſiſſe creditur Hippocrates.

231. Ipſe etiam Quercetanus tametſi acriter in elementa & qualitates elementares tàm primas quàm ortas ſoleat exacerbari, non tamẽ tam eſt odium ejus pertinax, quin alicubi veriore iudicio & ſaniore ſententia flectatur ac temperetur. Nam ne ipſam quidem medicinam vniverſalem inficias it per qualitates manifeſtas D.H.M. pag. 287.

ope-

operari calidum refrigerando, frigidum calefaciendo, siccum humectando, humidũ exsiccãdo. Neq; in lixivio facultatem excalfacientem, exsiccantem, detergentem dissimulat: & spiritũ nitri fatetur, qualitate suâ non esse calidum, sed potius frigidum: Id enim testari ejus aciditatem. De Euphorbio, sagapeno, alijsq; id genus lacrymis scribit, ea esse medicamenta acria, substãtiæ tenuis & igneæ, euphorbium omnium calidissimum, & maximè vi igneâ flagrans. Neque etiam frigida in febrib. æstuosis largiter hausta displicet. In Sclopetario autem videtur prorsus ad usum transtulisse, quæ de qualitatum primarum energiâ, aphorismis paullò ante citatis docuit maximus Hippocrates. Sanè enim quæ de aquæ frigidæ & tepidæ viribus, quæ de aceti, deque olei, nec non oleorum terebinthinæ, resinæ, ceræ, sulfuris, sabinæ facultatibus, quæ de curâ vulnerum capitis aliarumque partium: quæ de victûs ratione: quæ de symptomatis nervorum, deque id genus similibus Quercetanus illic differit, plæraque non auram spirant hermeticam, sed Galenicâ contenta crasi, cui Quercetanus bellum indixit, in calido, frigido, sicco & humido placidè acquiescunt, cæterisque qualitatibus, quæ à quatuor primis oriuntur, haut gravatè subscribunt. De prisc. med. pag. 29. p. 20. De præp. med. spag. p. 145. Alexic. p. 352.

232. Conscia scilicet sibi formæ elementaris: à quâ nec eas potentias eximere aut dirimere Querce. potest, quas spiritus appropriat, & In auro, antimonio, magnete, arsenico, auripigmẽto, sandaracâ, salib. aqua forti, in pane, vino, aquâ Alexicacὸ p. 140. & seqq.

vitæ & id genus alijs demonstrare nititur. Quia namque, ut jam plus semel audiuimus, vltrò fatetur, spiritus seu substantias spirituales idem esse Chymicis, quod Aristoteli est δύναμις ὀυσιώδης seu potentia essentialis & cuique substantiæ propria: hanc autem expresse docet, nunquam separari posse à toto, sed à formâ rei, à quâ promanet esse individuam: Ideò concludemus, inde dependere potentias essentiales & substantiales, seu spirituales & formales auri, antimonij, magnetis, arsenici, auripigmenti, sandaracę, salium, aquæ fortis, panis, vini, aquæ vitæ, & id genus aliorum, vnde eorum omnium tum essentia, tum substantia, tū forma dependet: Iam verò superius ostensum est eorum essentiam, substantiam, formam dependere à quatuor elemētis. Hinc ergo & spiritus Quercetani dependet, quem auro, antimonio, magneti, arsenico, auripigmento, sandaracæ, salibus, & cæteris mixtis inflavit.

D.H.M. pag.103.

233. Neque enim si quæ videntur elementorum conditionem aut captum in agendo superare, propterea à viribus elementorum aliena censeri debent: Non certè magis, quam vel entelecheia, quam elementis Quercetanus abstulit, nos reddidimus, vel quæ merito atque ope entelecheias è gremio elementorum excluditur, forma mixti per id, vt diximus, efficax, è quo ducit originem.

234. Ducit autem originem suam tum à cœlo tum ab elementis. A cœlo quidem vt à causâ universali, ab elementis, ut causis particularibus

&

& proximis, qui veluti non excludunt univer-
ſalem, ita nec ab univerſali excluduntur, ſed po-
tius ab illâ in mixtionem perfectam alicujus in-
dividui moventur, exacuuntur atque potenter
animantur, &, vt ipſe Quercetanus loquitur, in-
de omnes vires, facultates, ac proprietates, calo- *D.H.M. p.137. & 138.*
rem, frigiditatem ; humiditatem & ſiccitatem
mutuantur ; quas mixtis deinde rurſus expri-
munt, prout cœlitus eas acceperunt. Duo ita-
que hæc & mixtorum & actionũ in miſtis prin-
cipia non ſe tollunt mutuò, ſed ponunt, neque
opponuntur, ſed ſubalternantur. Et noſtrum
porrò eſt, diſquirere ; an quæ Chymicorum in
focis excocta ſunt medicamina, ſint magis è cœ-
lo delapſa ijs, quæ pharmacopœa dogmatica e-
laborat.

CAPVT XV.

Præſtantia remediorum Chymicorum libratur & cribratur.

235. VVlgata jam eſt opinio, tantùm intereſſe
inter medicamenta dogmatica, & eam
pharmacian, quàm Chymici hodiè excolunt ;
quantum inter materiam & formam ; inter ter-
ram & cœlum, inter corpus & animam. Propte-
reà enim Spagirica Quercetano ἀπὸ τοῦ σπᾶν καὶ *Scloper. pag.135.*
ἀγείρειν dicitur, quod per eam eliciatur, ac tum
cogatur comprimaturque ſubtilis quædam &
ſpiritualis natura ; in quâ vis & effectus medica-
menti propriè conſiſtit : Proptereà affirmare *Conſil. de lue vener. p.381.*
audet, veræ Chymiæ & doctrinæ Hermetis ac-
ceptam referre debere pharmacian ; quicquid
hi-

Lib.1.ty-roc,cap.1. habet pulchri atque artificij nobilioris. Illa enim est, si Beguino credimus, quæ medicamenta gratiora, salubriora, & tutiora concinnat, quæ vtile ab inutili separat, venenum à mumiâ salutari, nucleum & medullam à corticibus, putaminibus, siliquis & fæcibus, purum ab impuro; malignum ab alexipharmaco, quę corporeum à spirituali secludit. Vnde demum apta remedia, ad deploratissimos quosq; morbos citò, tutò & jucundè curandos fabricat, & quintam essentiam æthereã, cœlestem, à qualitate elementari, sensibili, corruptibili & mortali orbatam; ab omnibus fæcibus elementorum secretã, vno verbo, cœlum seu corpus metaphysicum, de quo prolixè in propugnaculo hermetico Quercetan: quod mirum non est, universalem dici medicinã & medicinarum medicinam & admirandorum aut miraculorum ipsum miraculum seu mirabile mirabilium, quandoquidẽ tale quid vel ex metallico individuo (antimonio putà, *quod oraculum Chymicorum* alibi vocat) parturit, ubi sexcentas elegantes præparationes ac præstantissima remedia venditat, quæ in vniversum omnib. morbis aptissimè succurrant & ingruentibus & futuris, vtpote vitæ conservantia, prospiciant & pręcaveant, ita ut ex antimonio veram ab omnimodâ medelæ efficaciã panacæan polliceatur; neq; polliceri satis, præstet præter hãc etiam antidoton ex Stibio 1. panchreston, 2. panchagogon, 3. theodoreton, 4. zoiphylon, 5. soterion, 6. lysipireton, 7. theodoton, 8. theopempton, 9. panæreton, 10. polychreston, 11. isochryson, 12. lysiponon.

lib.3.tyr. cap.1.

pag. 287. 296.

Tetrad. p. 395.

Alexic. p. 144.

Tetrad. p. 391.

236. Qui

236. Qui tanta ac talia ex vno ſtibio offert, uno ſtibio acquieſcere in medendo potuit, & ſuperſedere auro, ſuperſedere argẽto, vitriolo, ſulfure, mercurio, quæ antimonio alibi ſociavit, ut ex ſex aut ſeptem metallicis chymicâ arte elaboratis, uſque adeò exquiſita auxilia educeret, quæ omnium morborum omnibus indicationibus ſatis eſſe, ex quibus etiam omnis generis dolores ſedari, & quaſi univerſale antidotarium condi poſſet. *Def. herm. med. pag. 245. 246.*

237. Mihi verò has ſimileſq; bullas & ampullas legenti, venit in mentẽ ejus, quod ab initio elenchorum ſophiſticorum Ariſtotel. ait, rerum quaſdam tales videri quales non ſint, ut quũ hydrargyrina & ſtannea apparent argentea, & quæ felle tincta ſunt, aurea. Ita pharmacian ſpagiricã introſpecturi penitius, lutum eſſe cognoſcemus, quod pro auro fuit venditum, &, ſi dotes remediorum ſpagiricorum expenderimus, reapſe deprehendemus, hautquaquam eorum tantã eſſe, quanta prædicatur, tùm ſuavitatem, quâ oblectent, tũ ſalubritatem, quâ proſint, tum efficaciã, quâ polleant, tũ puritatẽ, quâ niteant: ſed ingẽtibus tumidos promiſſis, magnas inter opes egere videbimus eorum propolas, qui titulis remedia, pyxidibus venena vendant, ut plurimùm.

238. Agemus primo loco de ſuavitate, quam iſce verbis Beguinus commendat: In confeſſo *Lib. 1. Tyroc. c. 1.* eſt, ægrotum citiùs parùm conſervę roſarum, cui » grana fortè quatuor mercurij per inferiora tan- » tum purgantis commixta ſint, aſſumpturũ, quàm » multas diacatholici drachmas: citiùs pilulam »

vni-

"vnicam benedictam Quercetani, vel duas ex E-
"lectuario panchymagogo eiusdem conforma-
"tas, quàm decem vel quindecim pilularum sine:
"quibus, aurearum, fœtidarum: citiùs grana qua-
"tuor bezoartici mineralis celeberrimi Hartmã-
"ni, vel octo antimonij diaphoretici Crollij, quã
"potionem aliquam sudorificam: citiùs jusculum
"cremore aut magisterio tartari conditum, quam
"haustum agonisticum apozematis, syrupi've ali-
"cujus magistralis ad descriptionem nescio quot
"pedes longam laboriosè confecti. Committit,
vt apparet, pharmacian Chymicam cum dog-
maticâ, & purgantia purgantibus, diaphoretica
diaphoreticis, præparantia præparantibus vtrin-
que comparat: comparationem falsâ illusione
"claudit. Fieri, inquit, poterit, vt quandoque e-
"iusmodi pocula, & chantari medicamentorum
"vulgarium, suauitate, Chymica longè superent:
"nimirum tunc, quum nonnulli ægrotantium al-
"latis illis & nondum manu prehensis, solâ sapo-
"ris & odoris eorum nauseabundi imaginatione:
"non vi aliquâ magneticâ concitati ἄνω καὶ κάτω
"vomunt & deijciunt; id quod medicamenti
"Chymicis præstari hactenus non potuit.

239. Hoc ipsum Quercetano magistro Be-
guinum didicisse existimo. Ille enim ferociù
etiam medicamentis dogmaticis inequitat. Ni-
mirum, inquit, digna sunt tam ingrata, putida
& diacrydiata remedia, quæ prædicentur, quo
nauseam creare possint & vomitum; antequam
degustentur: imò vel solo odore. Ausim adder
"& istud, solo aspectu. Nôrunt illud pharmaco-
poæ

Consil. de arthr. & calculo p. 268. 269. & seqq.

pœi, qui ne nihil egisse videantur, linteis aceto madidis sua pocula argentea medicinalia ægrotanti propinanda obtegunt, ut si non verbis at odore saltem fallant dubium. Quòd si & eò audaciæ; vel invito etiam palato & ventriculo devenerit, vt haustum illum hauserit æger; Dî boni, qui singultus, qui ructus, & quid non deliquiorum misellum non premit! Pharmacopœus adstans, & robore sæpè & madore perfusus, ne medicamentum quod fecit imperitante medico in novas molestias miserum adducat, pomi frustula masticanda præbet, sic falli putat stomachum & fauces. Animum addit, spem faciens salutis futuræ. Sed quid fit? Nempe novas turbas jam potio movet in stomacho: quærit exitum, nusquam nisi per superna. Quapropter ventriculus hũc hospitem ferre neutiquam potens, contrahit se ad excutiendum iniquum colonum. Sed novâ arte instructus, atque in procinctu stans, non ampliùs odoramenta atq; gustui grata adhibet: Sed ceu vi quadam naturam coërciturus ovum frigidum palato & collo extrinsecus apprimit, nec regurgitet, quod infudit. Medicus adveniens propter ingentes ægri labores forte vocatus; clysterem extemplò vel suppositorium subdi præcipit, vt statim descendat, quod exhibuit. At ego vel unicum vomitũ etiam decuplo conducibiliorem in eo casu dixerim, quàm octonas sedes. Denique quod ad eiusmodi potiones attinet, vel statim re intactâ redduntur ab ægro, vel certè plus molestiæ quã solatij præstare solent. Quod si non omnibus

certè in plerisque observare licet. Hæc Quercet-
tanus cum asseclâ.

C. Celsus. lib. 3 c. 4. Asclepiades officiū esse medici dicit, ut tutò, ut celeriter, ut iucundè curet. Id nostrum est, sed ferè periculosa esse nimia & festinatio & voluptas solet. Quà verò moderatione utendum sit, ut quantum fieri potest, omnia ista contingăt, primâ semper habitâ salute in ipsis partibus curationū considerādum erit.

240. A quibus dissentit, quod Plinius in vi-
gesimo septimo prodidit, Latinarum ferijs qua-
drigas certare in capitolio, victoremq; absinthi-
bibere, quasi præmio datâ sanitate, cuius dulc-
semper fructus sit, amara sæpè, ut & virtutis, ra-
dix. Medicus enim, vt quamplurimum juvet, m-
parum quandoque lædit: Vrit, secat, ut vitam
salutem tueatur, nec, quæ offert, deliciæ sempe-
sed tormēta non rarò sunt, ut minore malo m-
jus bonum lucretur. Etsi namq; Hippocrates (As-
clepiades) medico præcipit, ut citò tutò & jucun-
dè curet: Quia tamen tertio & ultimo loco ju-
cunditas posita est, non tantam eius rationem
habendam esse voluit, quantam reliquorum
duûm, in quibus medici cardo præcipuus vert-
tur, ut nempè occasioni non desint, ut salutari-
& efficacia præscribat. Prodesse enim nec-
blandiri debet, & emolumenta nō oblectamē-
quærere. Si tamen utili dulce miscuerit: Si co-
poris curam habeat, simul & palato gratific-
tur. Dicemus quidem, omnes eum officij pa-
tes impleuisse, verùm in illo necessitati paruiss-
in hoc soli studuisse elegantiæ: Illam autem hu-
præferendam esse hac etiam de caussa, quo-
non suauitatem salubritas sequatur, sed à sa-
lubritate proficiscatur suavitas. Adde, quod
ipse etiam Crollius eo in loco, ubi scabio-
sos absque commiseratione spiritu vitrioli in-
ungere suadet, aperte fateatur, neminem ab-
que dolore sanitatem recuperare, quemad-

mo

modum nec gravidæ abſque ærumnis pariant.

241. Itaque præpoſterè Chymicos agere liquet, quando magis de jucunditate remediorũ, quàm de ſalubritate ſolliciti ſunt, & primam illius proximam huius curam gerunt. Illud denum ſuave eſt, quod ſalubre eſt, tametſi nec quantitate nec qualitate palato & ſtomacho árrideat. Diacatholicum, pilulæ ſine quibus, aureæ, fœtidæ, & cæteræ: Apozemata item, ſyrupi, & quicquid præterea talium remediorum dogmaticis in uſu eſt, ſiquidem vel nauſeam vel vomitum creent, non hæc quidem medicamenti culpa eſt, vt cui vim magneticam humores concitandi & ἄνω καὶ κάτω expellendi Beguinus detrahat, ſed ſumentium: quorum delicata & tenella natura ſalutaria quæque horret ac faſtidit, eorum avidior, quæ cum vitijs vitam ſæpè eijciunt, cuiuſmodi ſunt pulveres, tabellæ, trochiſci, pilulæ, electuaria ex mercurialibus & antimonialibus concinnata; quorum quanta eſt in ſumendo facilitas, tanta plærumque eſt in operando atrocitas, ut ipſimet eorum opifices ac præcones nequiverint malignitatem & maleficium diſſimulare.

242. Quercetanum primo loco ſiſtam, qui mercurium per inferiora purgantem longè mitiores quàm Beguinus fecit. Etſi enim huiuſmodi præcipitatũ ſic elaboratũ à quodã celeberrimo medico (Nicolao Maſſa) pulverẽ mercurij angelicũ ob egregias ac divinas dotes, quib. polleat, *Tetrad. p. 464.*

Consilio de lue venereâ p.389. vocatum fuisse, non inficietur: Ingenue tam
fatetur, sibi hujusmodi præparationes displic
re, nec unquã se mercurij præcipitationes, aqu
tum fortium vi factas, hactenus probasse nec
huc commendare: Siquidem eiusmodi aqu
noxias esse & exitiales, vtpote quæ salium suc
pernicie ac corrosione præcipitatum inficiat
quod à vulgaribus artificibus corrigi, emend
ri, ac edulcari nequit, quo salubre fiat & felix
p. 408. 409. medium. Idem in Alexicaco inculcat: Vulga
aît mercurij præcipitationes, licet ab aquis f
tibus semel atque iterum is abluatur, corrosi
tamen & vomitivus esse non desinit, eò quod
gnei illius spiritus ab aquis istis fortibus separ
non possint: Eæ, inquit, præcipitationes, nu
cap.3. modo mihi probantur. In Defensione herm
cę medicinæ excerpãtur loca, quibus non ta
mercurio pręcipitato, quẽ diacatholico Beg
n⁹ opposuit & præposuit, verum etiã antimo
vitrificato acerbè maledixit. Mercurio quid
sic: Neque certè, inquit, mercurius præcipita
unquam utile remedium esse poterit, quam
corrodens vis ab aquâ forti accepta, ipsum
mitabitur: quæ tamen non communibus,
multi putant, infringitur ablutionibus, sed l
gè alijs præparationibus & dulcoramentis, q
busignotis nihil boni præstari potest. Locus
pag.82. tatus est ab authore ex libro de medicamen
rum Spagiricorum præparatione. Alterum
pag.366. 367. consilio de lue venereâ allegavit: Præcipitat
aquâ forti à nobis omninò improbatur, qua
vis diversis aquis ablutum ad eliciẽdam omn
acq

quæ fortis acredinem ad X. aut XII. grana à nõnullis exhibeatur cum theriacâ mixtum. Subungit; Hæc & similia esse Empiricorum secreta, quæ buccinatorum instar, pro maximis mysteriis promulgent, cum eorum pars maxima, quid aut cur exhibeat, nullam rationem reddere posit.

243. Nec antimonio magis pepercit, vt in defensione hermeticæ medicinæ & pharmacopœâ Spagiricâ videre est. *cap. 3.* Vitrum, inquit, anti- *pag. 93.* monij, quo hodiè multi imperiti maximo cum damno utuntur, perniciosum est medicamentũ, quod suo arsenicali spiritu, facultatem irritando expultricem, per superiora & inferiora magnâ cum perturbatione ducit evacuatq;. Quod ego probare nullo modo possum. Non enim violentis quibusdam purgationibus morbi omnes curantur, sed convenientibus. Idem de *pag. 425.* vitro & in Alexicaco & in Tetrade inculcat, Pau- *pag. 96.* lò illîc & strictim; Hîc vero fusiùs & pluribus. Antimonij, ait, vitrum idem surociter præstat, quod ejus flos, idque ob spiritum quendam alienum & arsenicalem ipsi insitum; quem nec à floribus ego exulare existimem, quippe quos adeò ferociter corpus concutere ac divexare tum vomitu tum dejectionibus, ut res non careat periculo, scribit: faventior quidem croco, quem metallicum vocant, sed absque ullo croci merito, quum nec vitro nec floribus ullâ in re benignior crocus elementiorque deprehendatur.

244. Nec cujusquam est momenti, quod

alias mercurij præparationes,easque magis philosophicas,alia dulcoramenta venditet : Quæ ex antimonio panaceam atque eiusmodi antidotos eruat, quæ vel à Deo datæ, à Deo missi omni virtute ac viribus præditæ,auroque æqu paranda, & veluti à salute ipsâ confectæ dicantur. Quidquid enim glorientur philosophi istæ præparationes, eodem profectò quo vulgares recidere, ijsdemque quibus hæ medijs fici, ne quidem Quercetanus diffiteri qu
Tetrad. p. 456. Namque & tribus modis mercurium ex vulg philosophicum fieri docet, videlicet sublimatione, præcipitatione, destillatione:& vbi Amdotarium antimoniale extruit, nil nisi calcinationes omnis generis,tum sublimationes, ablutiones,edulcorationes, dissolutiones, filtrationes,coagulationes,liquefactiones, destillationes,cohobationes,præcipitationes,corrosiones,ignitiones,fusiones,&id genus alia vulgaria audies, adeoque rem manere,nomina tantum variari intelliges.

245. Hocque adeò artificio non mirab mercurij & stibij virus tegi, quoniam etiam
Alexie. p. 340. *Arsenico* pollicitus est alexiterium primæ no nec veritus asserere,quod arsenicum sit remedium vtilissimum, atque tum ad præservation tum ad curationem pestis præsentissimum, dò quâ decet ratione à verò philosopho præ retur. Eâ enim præparatione è lethali vene
p. 419. 420. 421. 422. facilè in mirum converti alexipharmacū, pr illud libro eodem prolixè exponit;quod ego men philosophorum minimus, gliribus ma
qu

quàm hominibus propinare, maximè, quia Quercetan. ipsum video oblitum prolixæ commendationis, quâ pestiferum deleterium cohonestat, diffidere cœpisse arsenico, eiq; prætulisse, quæ ex mercurio & antimonio eliciuntur. Quorum precium postquam jam ex Quercetano cognovimus, placet hinc ad Crollium digredi, & videre, quanti is mercurialia & stibiata faciat.

246. Amborum encomiastes, quamuis non nstrenuus, vi tamen veritatis coactus, non potuit reticere eorundem virulentiam. Propterea turpeto aut præcipitato usis (tametsi alibi scripsisset, mercurium esse balsamum naturæ, carnem deperditam instaurans, mirabiliter renovans & ab omnibus impuritatibus liberans) maturè prospexit de gargarismate, quo oris ardorem & faucium dolores incendiaque placarent. Electuario quoque antimonij non absque ratione theriacen aliaque cordialia immiscuit, vt videlicet adversus toxicum cor vitæ arcem commuwiret. Quumque non ignoraret utriusque sævitiam in caput & ventriculum: Capiti quidem oxyrrhodyno succurrere non prætermisit, ventriculum vero vomitibus imodicis exsolutum theriacâ recente, tum vino cytonite, tum etiam pane & stomacho & plantis pedum applicato, solari atque erigere conatus est.

247. Quorum omnium crediderim gnarum sciumque & Beguinum fuisse, utpote qui & cautiones in turpeti & antimonij usu observandas ex Crollio exscripserit, & in eos non leviter sit invectus, qui stibium & hydrargyrum ad sa- *Lib. 2. Tyroc. c. 12.*

nitatem hominis vel conſervandam vel deper-
ditam reſtituendam, audacter parare & parata
intra corpus exhibere non verentur. Neq; enim
mirum videri ſcribit, ſi talium Chymicorũ præ-
cipitatis illi, qui his utantur, in ſepulcrum præci-
pitentur, ſi eorundem mercurijs vitæ, non vitã
ſed mortem, & magno interdum precio emp-
tam, quidam improvidi & valetudinis ſuæ pro-
digi, conſequantur.

Gluckrad. in Notis p. 199. 248. Propterea conſultò à ſcholiaſte Begui-
ni factum putamus, quod in curâ Quartanæ po-
tionem ſuam ex decocto ſenæ & ſyrupo roſato
ſolutivo, cum diacatholico & diaturbith, ſcru-
puloque dimidio hellebori nigri compoſitam,
non tantum mercurio per inferiora purganti &
pilulis Quercetani benedictis aut ex Electuario
ejuſdem panchymagogo conformatis, verùm
etiam univerſæ catharticorum Spagiricorum,
tam mineralium tam vegetabilium œconomiæ
prætulerit, eamque aliquoties ſe cum fructu ex-
hibuiſſe ingenuè fateatur. Etſi enim ex earum
numero illa eſt, quibus tam ſalsè illudere tum
Quercetanum tum Beguinum audivimus (quippe
ſi quantitatem ejus ſpectes, non tribus conten-
Lib. 4. meth. med. c. 4. tam uncijs, quibus purgantis decocti aut infuſi
doſin elegantiſſimus Fernelius definivit, ſed
quinque etiam uncias excedere animadverteris:
ſi verò qualitatem conſideres, eandem turbidam
& craſſiſſimam eſſe deprehenderis, quæq; manu
ducari faciliùs quam bibi poſſit.) Non obſtitit
tamen nec copia, nec craſſities, quò minus hau-
ſtum ſenatum, roſatum, diacrydiatum, hellebo-
ratum

ratum, diacatholico saturatum, Gluckradius elegantissimis Chymicorum pulvisculis, trochiscis, catapotijs, electuarijs cum stibiatis tū mercurialibus, atque etiam arsenicalibus anteponeret, tutius esse ratus, exhibito pharmaco salubri, licet minus grato, sumentis teneritatem aut molliciem, linteis aceto madefactis, poni frustulis, odoramentis, ovo frigido, atque id genus alijs sublevare, quàm ejusmodi propinare medicinam, quæ gratior quum sit, non potest tamen nec sine metu dari, nec sine periculo accipi: quū tantam sæpè noxam visceribus & membris inferre visa sit, ut de alexipharmaco, deque alijs, quæ inustas à malignitate notas eluere apta essent, Crollio fuerit cogitandum, Gluckradio verò metuendum, ut ea impunè saltem devoraretur.

249. Displicet enim Gluckradio authoris sui bolus. Eam ob caussam non commodum præcipitati vehiculum cōservas esse docet, quia citra masticationem aliqualem vix possint sumi. Præcipitatos verò omnes masticatos dentes lædere. Ideoque pillulas esse convenientiores paulò ante scribit, quia in ijs exhibitum mercurium sine masticatione deglutiri, atque dentium detrimento & buccæ, quæ aliàs facilè in ptyelismon solvatur. Hancque observationem in omnibus præcipitatis exhibendis curiosè tenendam esse monet.

p. 261.

p. 259.

250. Nec refert multum, cōmemorarari mihi, quibus stibium & mercurialia vel beneficia fuerint vel innoxia. Si profuerunt, memineris

 ejus,

ejus, quod Celſus alicubi ait: Quos ratio non reſtituit, temeritas ſæpè adjuvat. Si non nocuerunt, hoc non tam innocentiæ medicamenti, quam robori ſumentis illi adſcribent, quorum testimonijs hactenus ad demõſtrandam oraculi Chymicorum (antimonium intelligis) fidem & *naturalis theriacæ* (ita & Paracelſi cacodoxiâ Quercetanus appellat mercurium optimè præparatum) naturalis, inquam, theriacæ ſalubritatem confirmandam uſi ſunt.

251. Abſurdum certè eſt, eorum nobis ſuavitatem Chymicos prædicare, quorum violentiam & virulentiam ipſi nec verbis exprimere ſatis poſſunt, nec re & conſilio ſatis refrænare & compeſcere. Dicat Beguinus, quidnam faciat dogmaticorum pocula injucunda, & calices inamabiles? Reſpondebit: ſola ſaporis & odoris nauſeabundi imaginatio, non vis aliqua magnetica. Illa ergò ſumentium, ut diximus, culpâ talia ſunt, qualia à Beguino & Quercetano deſcribũtur. Chymicis verò pharmacis ea vis relinqui debet, quæ nocuméta & calamitates, nõ aliter ac ferrum magnes, cæcias nubes attrahit, non quidem errore ſumentium, ſed ſumptorum naturâ. Inter utrumq; quantum intereſt, tantum etiam inter ſuavitatem, tantum inter ſalubritatẽ intereſt, quas ſibi temerè Chymici arrogant, dogmatici jure meritò vendicant.

Mercurial. Comm. in 19. aph. Sect. 4.

Hipp. tempore, maior pars medicamentorum purgantium potu adminiſtrabatur (φαρμακοποσίησις) quemadmodum etiam Galeni tempeſtate, imò verò & boli noſtri

ftri, & pilulæ sunt in usum traducta in eos potius, qui difficulter medicamenta bibunt, quã quod non semper melius esset medicamenta potu, quam alio modo sumere, siquidẽ cum debeãt in stomacho eliquari atq; solvi si purgare debent, facile est comprehendere, hunc laborem dent ventriculo, ubi in ipsum medicamenta iam dissoluta atq; eliquata iniciuntur, & propterea mirari nemo debet, si veteres Theriacam, Hierã aliaq; ingrata pharmaca vel aqua in febre, vel vino sine febre dissoluta tradebãt, secus quam nunc facimus omnes, qui potius gustũ, & delicias ægrotorum, quam ipsorum utilitatem sectamur.

251. Quamobrẽ quum in pharmacis dogmaticis Chymici vel odorem saporemq; nauseabũdũ notant, vel compositionis prolixitatẽ taxant: quod ad primum quidẽ attinet respondebimus, nec quę ipsi offerunt, nectar semper ambrosiãq; spirare. In tartaro vitriolato, hoc ante omnia requirit Crollius, ne nimis acescat, sed sapore injucundo nauseã vomitũq; excitet, ex quo deinde amabile & gratiosum propotisma concinnat, quod instar vel lixivij vel lotij gustũ delinit, perinde ac reliqua etiam Chymicorum salia nihilo mellitiora sunt. Quid quæso gilla Theophrastica seu sale vitrioli tetrius? quid oleo tartari fœtidius, in quo signaturã fœtoris ipse Crollius collocat? Neutrum tamen propterea à Basilicâ Chymicâ exulat. Sed neq; liquores, quos ex cranio humano Quercet. prolectat, amabiliores sunt ijs, quos tartarus exsudat: Illis tamẽ integrum ferè caput in Tetrade consecravit: Elixir quoq; proprietatis plus aloës quàm mellis habet. Deniq; ne ultra modum me hac in materiâ, quam alijs uberiùs tractãdam relinquo, diffundam, quam panchyma-

cap. 26. fol. 124.

magogon ſuum vel malvatico vel juſculo (malvaticum mavult & pilulis præfert) dilutum Crollius in potiunculam redigit, oblitus mihi videtur colocynthidos, tametſi primum ei locum in panchymagogo aſſignarit, & drachmas ejus ſeptem ſuaviſſimæ & ſubtiliſſimæ confecturæ importârit.

253. Cæterum quod longæ ac laborioſæ apozematum ſyruporumque compoſitioni Beguinus inſultat, hoc ipſum à Plinio didicit, qui eam inventum avariciæ aut voluptatis eſſe arbitratur, & ceu officinatum commentum perſtringit. Hunc autem pariter & illum toto opere de pharmacopœâ reſtitutâ Quercetanus refutat, ſpeciatim vero in ſecundo capite dictæ pharmacopœas, vbi diſertiſſimis verbis affirmat, compoſitionem medicamentorum, ſummo conſilio, ſummâ prudentiâ, ſummaque tam neceſſitate quam vtilitate adinventam atque introdu-
" ctam fuiſſe. Nam, inquit, ipſæmet morborum
" vel ſimplicium vel compoſitorum naturæ, qua-
" litateſq; contrariæ, vel variæ circa eos intentio-
" nes (pro varietate cauſſarum, ſymptomatum,
" partium affectarum, naturæ ægrotantium, con-
" ditioneque eorundem, pro ætate, vigore, con-
" ſuetudine: addam & illud, ſi lubet, pro volupta-
" te & placito eorundem) medicamentorum cō-
" poſitioni anſam præbuerunt, rationemq; ſuppe-
" ditarunt.

254. Quum pilulas fingere ex Quercetani maſsâ aut electuario antimoniali mercurialive Beguinus diſcebat, præterijſſe videtur, quæ ad

ratio-

rationem medicamentorum tum componendorum tum compositorum pertinent. Neque enim aliàs tam pueriliter jusculum cremore aut magisterio tartari conditum, apozematis syrupisve magistralibus antetulisset. Videat Beguinus, quot & quanta decocta, vina, oxymelita, hydromelita, syrupos, quot quantisque affectibus, humoribus, partibusque non tantum in pharmacopœâ restitutâ, verum etiam extra hanc hinc inde in alijs scriptis suis Quercetanus destinarit ac dicarit: quorum omnium munus si vnus cremor tartari vel tartarus vitriolatus, jusculo dissolutus, explere potest, dicemus, utrumque non tantum omnium affectuum, omnium humorum, omnium partium, verùm etiam omnium decoctorum, vinorum, oxymelitum, hydromelitum, omnium denique syruporum signaturam tàm internam quàm externam circumgestare.

255. Hoc Crollio non displicebit, qui vniversale digestivum ex tartaro vitriolato confinxit: eâdem, opinor, licentiâ, quâ antimonium diaphoreticum, quod potionibus sudorificis Beguinum anteposuisse videmus, ad cœlum usque sustulit; Quum tamen, vbi vel hominem turpeto aut antimonio exanimatum refocillare, vel ipsum antimonium cicurare voluit, bezoartici mineralis (quod idipsum quasi mortuum Hectorem appenso auro redemit) prorsus oblitum audierimus ad Andromachi inprimis theriacen (quæ alexipharmacum vniversale, tot seculorum experientiâ comprobatum, Beguino di-

dicitur) tanquam ad anchoram & asylon confugisse, quem etiam constat theriacen spiritu vitrioli commiscuisse, ut prævia corporis purgatione, omnibus propemodum morbis auxiliaretur.

256. Et sic quidem hactenus pro suavitate suorum remediorum depræliantem Beguinum vidimus. Operæ precium porrò est cognoscere, quonam pacto ijsdem laudem salubritatis & curationis tutioris vindicet. Etsi enim negare nequit, multa suorum medicamentorum è mineralium & metallorum familiâ petita esse, negat tamen ea propter venenata esse, & naturę humanæ infesta, id quod vulgò ijs objicitur. Neq; etiā si ut acria & corrosiva & plus justo calidiora & grave ἐμπύρευμα redolentia traducantur, Idcirco causæ satis est, quur ab ijs abhorreamus, contendit. Tela enim hæc rationis & experientiæ clypeo excepta dextrè elidi.

257. Verum enimverò, quod ad mineralia quidem & metallica attinet, non, quod ijs utantur, Chymici malè audiunt, sed, quod ijs abutantur, justissimā incurrunt reprehensionem. Est autem abusus duplex: Vnus in præparatione, alter in applicatione. In præparatione separationē promittunt utilis ab inutili, veneni à mumiâ, nuclei & medullæ à corticibus, putaminibus, siliquis ac fæcibus, puri ab impuro, maligni ab alexipharmaco, corpori à spirituali. Eam autem separationem quomodo præstent, nos suprà in mercurij & stibij præparationibus vidimus, & Beguini scholiastes non dissimulat, cujus verba magniloquentiæ Beguini opponimus: *Certum*

Gluckrad. in Not. p. 4. &c.

esse

est, ait, *ac firmum eos omnes* (*Chymicastros* intelli-ge, *quorum experientia temeraria est, neq; ἐν τῷ λόγῳ fundata*) *absq; verâ & naturali ratione, vulcani violentiâ, sublimationib. variis ac reuerberationibus, ardentibus itidem ac erodentibus menstruis rerum naturas quodammodo immutare, destruere ac pervertere: non autem veras, ut nugantur, ex illis extrahunt essentias, multò minus solare illud & salutare separant balsamum.*

258. Non hæc Chymicastris duntaxat, verùm etiam istis Chymicorum astris Quercetano, Crollio, Beguino dixit Gluckradius. Quoniam superius ad oculum patuit, hosce ipsos, quos nominatim exprimo, malignitatem & virus stibij ac mercurij, nequaquam partis noxiæ ablatione corrigere, sed rerum nocentium additione magis magisque exasperare, atque in tantum efferare suis præparationibus, ut ipsi cœperint eorum usum non leviter exhorrescere: adeoque, dum dogmaticam pharmacian conficiunt, seipsos quoque eodem mucrone transfigere.

259. Itaq; fallit oppidò falliturq; Beguinus, quum artificio Chymico fossilia putat omni venenosi malignitate exui, quum anatomias artificiosæ beneficio perinde metallica ad usum humanum assuescere & optari existimat, ac viperam, quæ theriacen ingreditur, ac draconem marinum, qui non nisi exossatus cibus fit isque delicatissimus, quum verum malignitatis perdomandæ modum vult non in additione sed ablatione corporisque heterogonei in

suas

ſuas partes diſſolutione conſiſtere, eoſque, qui
conſuetâ maſtiches, tragacanthæ, ſpicæ, cinna-
momi, & ſimilium adjectione medicamentorū
correctioni ſtudent, cocis comparat imperitis &
ſtolidis, quibus ſi carpiones deſquamandi & e-
viſcerandi eſſent: amarorem bilis, felleâ cyſti
fortè fortunâ pertusâ, non eluendum aut ſegre-
gandum, ſed ſaccharo melleve obtundendum
eſſe contenderent: aut ſi ijdem inteſtina anima-
lium in alimentum hominum præparare debe-
rent, nec ab excrementis ſordidis & fætidis
mundanda eſſe, ſed vel ambrâ additâ, oleiſve
odoriferis affuſis, coquenda, ſtultè judica-
rent.

Cocus Plautinus:

Meas qui eſitabunt eſcas, quas condivero,
Hi vel ducenos annos poterunt vivere,
Nam ego cicilendrum quando in patinas indidi,
Aut ſipolindrum, aut macidem, aut ſancaptidem,
Eæ ipſæ ſeſe patinæ fervefaciunt ilico,
Hæc ad Neptuni pecudes condimenta ſunt,
Terreſtres pecudes cici mandro condio,
Aut Happalopſide aut cataractriâ.

Cui alius:

At te Iupiter Diiq; omnes perdant cum condimen-
tiis, cumq; omnibus iſtis mendaciis. Iſtaccine causâ t
hodiè nummum dabo?

260. Talem omninò cocum in ſuis Ch
micaſtris Gluckradius nobis paulò antè deſc
pſit: Talem ſe in electuario antimoniali Cro
lius præſtitit, in quo antimonij virulentiæ m
deri ac ſuccurrere voluit theriacâ, nuce myri

â, corticibus citri, coralijs rubris, garyophyllis, eminibus fœniculi & coriandri, syrupo è succo ytoniorum, hisque in unam massam redactis; idere specimen talis coci, qualem Beguinus delineavit, qualem ambo etiam tum in panchymago tum in laudano opiato, tum in alijs artis operibus ad vivum expresserunt. Sed nec philoophicæ stibij, mercurij, lapidum, metallorum ræparationes ab hoc coco, ab illis chymicastris lienæ sunt, solum nomen abstuleris. Re enim erâ non nisi vulcani violentiâ, sublimationibus arijs ac reverberationibus, ardentibus itidem c erodentibus menstruis perficiuntur, quibus erum naturas quodammodo immutari, destrui c perverti, non autem veras essentias elici, mulo minus solare & salutare balsamum separari Gluckradius ingenuè fassus est.

261. Quare quæ de anatomiâ deque separaione artificiosâ Beguinus iactitat, cassa sunt & ania verba, quibus in effectu nihil respondet, ve præparationem sive etiam applicationem espexeris. Nam qualis præparatio, talis etim applicatio. Vnde maximo cum damno umani generis ex antimonio oraculũ ex mercurio theriacam confinxerunt, quum tamen usu onstet, ipsique ut suprà ostendimus, non omniò dissimulent, alterum feralia utplurimùm reponsa dare, alterum nihil ferè nisi vipereum vius sapere ac spirare, utrumque præparatione in eius labi: Adeoque publicis legibus coërceri ereatur flagitiosa eorum temeritas, qui in vitas ominũ eiusmodi pestibus impudenter & cru-

M deli-

deliter grassantur, atque ex ijs integra antidota-
ria, antidotaque absoluta, qualia ex Quercetano
suprà adduximus, pollicentur.

262. Quæ nos ratio cogit, à metallicis open
petere, ubi botanicis negocium salutariter con-
fici potest? Non puduit aut piguit Gluckradi-
um in quartanæ curatione rudis ac crassæ po-
tionis: & quamuis minimè ignarus esset phar-
macorum, quæ ex stibio & mercurio confici-
untur, eorum tamen omnium datâ operâ obli-
tus est.

263. Quercetanus verò tametsi ex antimo-
Tetrad. p. 400. nio medicinã venditet uniuersalissimam, omni-
bus ægritudinibus vel deploratissimis etiam ac-
commodatam, quæque etiam vitam producere
in multos annos possit, sanitatem tuendo & cor-
pag. 402. pus à varijs morbis conservando: Tametsi ex an-
timonio liquorem emulgeat utilissimum omni-
bus morbis, cujus gutta ad alterandum, vacuan-
dum, aliasque curationum scopos complendo
potentior sit centum lagenis herbarum deco-
ctionibus refertis, nec non ipsis de rhabarbaro
pag. 404. potionibus: Tametsi antidotum jactet, quæ
sit vera universalis medicina, quæ sopitos spi-
ritus excitet, roboretque animales, vitales, na-
turales, mundando totam sanguinis massam, in-
staurando radicalem balsamum, & corpus hu-
manum ita renovando, ut & in juvenilem sta-
tum hominem transformet, cujus laudes & ad-
mirandæ virtutes satis prædicari non possint:
pag. 410. Aliam, quam Deus nobis largitus sit in cura-
tionem omnium generaliter morborum, ve-

de-

esperatissimorum, trium quatuor, quinque
el sex etiam guttularum dosi: Aliam, quæ ad
nfinitos morbos sit præsentaneum remedium, *pag. 414.*
mò ipsum hominem renovet, & sanum diu-
ssimè conservet, aliquot guttulis hausta: Ta-
netsi id genus flores suavissimarum antidoto- *pag. 417.*
am antimonialium, ubique implantari ve-
t ob præstantissimas suas virtutes, & ad-
ersus omnes affectus in universum efficacis-
mas ac potentissimas: Hæc denique reme-
ia ab omnibus utique avidè expetenda esse
adeat, ut quæ optimè concepta, parata &
dministrata evellere omnia omnium morbo-
um seminaria, utcunque gravissimi & despe-
tissimi sint affectus, & radicitùs extirpare pos-
nt: Hæc, inquam, & multò majora licet de
ibio Quercetanus pleno ore effutiat: Nihilò
men minus ubi in rem præsentem eundum ei
uit, & cum arthritide, calculo, nephritide, ca-
iexiâ conserendæ manus, tum certè oraculum
hymicorum prorsus obmutuit.

264. Equidem in consilio de arthritide &
lculo, pharmaciæ dogmaticorum asperrimè
sultat: nec tamen nisi dogmatica præscribit,
ujusmodi sunt hydromel alterans & vacuans,
asenæ pulvis, aloë insuccata, pilulæ hellebora-
e compositæ, tragéa ex aro, topica omnis gene-
s. In consilio de nephritide, clyster primo loco
uvenit anodynus & emolliens, post cassia of-
rtur in bolo, inde vena tunditur, mox apo-
mate uno itemq; altero humorum tum præ-
aratio tum vacuatio tentatur, interque gra-

ta ac mitia medicamenta, morbo idonea, num ratur non tantum bolus ex cassiâ, verùm etia electuarium lenitivum, diasebesten, hisq; simi lia, nec non syrupi magistrales parati ex dec ctione prædicti apozematis, addito succo ros ceo ex senâ, rhabarbaro, agarico cum suis co rectorijs & sacchari quantitate sufficiente. Ru sus etiam diasenam commendat, & iuscula pu alterata radicibus, herbis, floribus, & fructibu Sed nec aloëtica neglexit, nec puluerem po pastum, neque alia in dogmaticorum apothec trita & familiaria. Vbi ipse paroxysmus nephriti cus ægrotum excruciat, ad enemata curritu quæ non ex croco metallorum, quem alias im modicè in clysteribus extollit, verum ex vulga tis & usitatis parat: Post usum clysteris non ni vulgaria & usitata usuveniunt, quibus vel fove tur locus dolens vel inungitur, ægerque vel pu gatur vel balneatur; omniumque arcanoru stibialium vicem vnum oleum amygdalinū es Subiungit aliquot simplicia & composita ad la pidis attritionem expulsionemque à priscis tra dita, quibus tamen igneos & corrosivos sales su os præfert, nec Chymicorum partes prorsus de serere velle videatur.

Tetrad. p. 319. Pharmac. restitut. c. XVII.

265. At nulla in ijs stibij mentio: quod i psum crediderim etiam in tetrade pompæ magi quàm usui inservire: Quemadmodum in consi lio pro virgine cachecticâ, postquam remedij dogmaticis, utpote massâ aloëticâ compositâ jusculis medicatis, tabellis, aquâ theriacali, vino chalybeato, fomentis, thermis atq; acidulis rem

stre:

renuègeſſiſſet: non potuit finem operi impo-
ere, niſi floſculis ſtibiatis, hydragyrinis, tartare-
, aureis, argenteis, ſimilibuſque delicijs id con-
ergeret, quibus ſibi authoritatem & admira-
onem compararet, imperitioribus fucum &
audem faceret, de corio alieno longas ſcinde-
t corrigias, fortè etiam ditiorum crumenas e-
ungeret. Credo enim hanc ob cauſam eum
ıri argentíque eſſentias tanti facere, ut ſpecifica
ordis & cerebri corroborantia appellârit,
uum reverâ nihil aliud ſint, quàm noctuæ chy-
icorum ad auri argentíque aucupia.

266. Nam ipſe etiam Crollius *deliramenta* *Sect. de Cordial.*
ıcat eiuſmodi auri eſſentias, quæ cum oleis a-
maticis, utpote juniperino & ſalviato extra-
ıntur. Quanquam ſui oblitus, alibi ſcribere
ıſus ſit, Fuiſſe, qui mediantibus oleis aromati-
s Calci auri peculiariter præparatæ extraxerint
entiam corolatam, magno ęgrotantium iuva-
ine, in uſum medicum adhibitam. Beguini *Gluckrad. in Notis ad Beguin. p. 176. 177.*
rò ſcholiaſtes longè acerbiùs detonat: Coro-
dis, inquit, loco nonnullorum empiricorum
rſutiam ac impoſturam, dum cum oleis aro-
atum præſertim deſtillatis aurum potabile "
utabile potius) fabricare ſtudent, detegendã "
e neceſſariò duximus, ut eiuſmodi ſtelliones à "
ctoribus Chymiatricis & medicis quilibet vir "
nus diſcernere valeat. Turneiſſerus, & poſt "
m Huſerus, ac ab illis aliquot multi, in quibus "
uercetanus velut inter ſtellas luna minores e- "
teſcit, cum oleis aromatum diſtillatis limatu- "
n ſolis vel eius calcem in coloratam quãdam "

"essentiam redigebant, ac pro auro potabili m
"gno precio vendebant. Postquam præparati
"nis rationem modumque Gluckradius proli
"exposuit, subjungit: Atqui Philosophus herm
"ticus hanc empiricam & crassam operatione
"vituperio dignam existimat. Est enim fallax
"nimis à veritate aliena. Rationibus non inep
"hoc adijcit epiphonema: Quid itaq; de eiusm
"di fucis boni sperandum sit, modo liquet. Hæc
"obiter saltem monere voluisse, ne tantam stul
"tiam defendere videretur.

267. Vtinam verò atque utinam in tam
scribentium turbâ unus saltem extaret, qui sim
li sinceritate & pari iudicio non tantum esse
tiam, verum etiam effectus flosculorum illoru
metallicorum & mineralium, quos ubique nec
parcâ manu Quercetanus complicesque spa
gunt, ad rationis & experientiæ trutinam rev
casset aut etiamnum revocaret! Puto equide
vel factum fuisse, vel certò futurum, ut spretâ
repudiatâ perniciali Chymicorum empiriâ, pl
nam lucem vel recuperasset dudum vel prop
diem recuperaret solida ac vetus medicina, jam
que aut eviluissent aut penitus evilescerent co
temptuque haberentur terra sancta, spiritus a
reus, panacéa, pilolæ benedictæ, arcanũ tarta
magisterium vitrioli, oleum argenti, ac sulfur
essentia & tinctura coraliorum, item que esse
tia, oleum, & magisterium perlarum, utque c
hisce omnibusque præterea magisterijs & myst
rijs antimonialibus, nihil jam dici posset, quà
fuisse, eadem prorsus ratione, quâ essentia aur

Que

Quercetani ſophiſticata, unà cum fictitio Turnheiſſeri atq; Huſeri auro potabili, recto & juſto Gluckradij judicio, exploſa eſt.

268. Quamobrem non benè ſibi ſuæq; arti conſuluit Quercetanus, quum in pharmacopœâ reſtitutâ, ad contemplanda artis Chymicæ magnalia, manes Hippocratis, Ariſtotelis, Galeni, Budæi inquietare: In Tetrade autem & alibi græcos, arabas, latinos à mortuis reſuſcitare conatus & auſus eſt, ut elegantes remediorum Spagiricorum flores cernerent, naribus odorarentur, & manibus palparent. Quod ſi enim reviviſcerent illi, utique non lætitiâ raperentur, vel de medicinæ ornamentis atque incrementis Chymicæ arti gratularentur, ſed potius Gluckradij ad exemplum de verſutiâ, impoſturâ, ſtellionatu artiſtarum, deque operationibus empiricis, craſſis, vituperandis, fallacibus, nimis à vero alienis, deque fucis & ſtultitiâ mirum miſerumq; in modum conquerentur, &c.

cap.4. *p.418.*

269. Inprimis verò graviter moleſteque laturi eſſent, pro naturali theriacâ & luis ferinæ alexipharmaco haberi, quæ ne quidem tutò maſticari Gluckradius author eſt, cujuſmodi ſunt mercurius præcipitatus, calcinatus, ſimplici aquâ ſtygiâ diſſolutus, philoſophicè coagulatus, & in ſalis naturam converſus, vel cum eademmet aquâ forti communi modo præcipitatus, reverberatus, dulcoratus, & cum aceto deſtillato, eſſenſificato, atque ab acetoſis illis ſpiritibus optimè ſpoliatus, vel in pulverem

album redactus solo spiritu vitrioli aut sulfuris qui denuo separatur, ablutionibusque iterati dulcoratur atque fixus redditur cum sale nitri. Quos quidem mercurios, quia non tantum luis venereæ venenum, verum etiam pestis & febrium putridarum malignitates exterminare Quercetanus prodidit, esseque, si ritè præparata fuerint, vera & specifica remedia purificationis sanguinis, quem per varias evacuationes purgent, prout natura patientis ad expulsionem fuerit disposita, idque minore longè perturbatione, quàm si vel ipsa manna fuisset exhibita: Veneranda etiam antiquitas in vitam redux, eiusmodi pharmaca minimè miraretur verè angelica appellari. Sunt enim & boni angeli & mali. Non ab illis sed ab hisce cognominari id genus præparationes, per ea probarent, quæ suprà ex tetrade, ex alexicaco, ex propugnaculo hermetico, ex pharmacopœâ Spagiricâ, ex ipso de lue venereâ consilio, de mercurijs præcipitatis, deque pulvere Massæ angelico, adduximus, quorum repetitio omninò supervacanea est.

Cons. de lue ven. p. 388. 389.

270. Neque verò est, quod hisce alijsque præparationibus metallicis Chymici patrociniũ emendicent à thermis metallicis aut fontibus mineralibus, ad quos, suasu ipsorum etiam misochymicorum, ablegari scribunt, qui vulgaribus pharmacopolarum medicamentis firmam sanitatem recuperare non potuerint, hosque etiam perfectè inibi curari. Quanquam enim non negemus, eiusmodi mineralibus & metallicis balsamum quendam fixum spiritusque potentissimos

Beguinus lib. 1. Tyroc. c. 1.

mos

mos & corruptioni minimè obnoxios inclusos esse: Permultum tamen interesse putamus inter aquas metallicas naturales, & solutiones calcesque metallicas arte factas: inter acidulas Spadanas aut Schvvalbacenses & ea aceta, quæ ex vitriolo, sulfure, sale, alumine Chymici eliciunt. Proindeque, si quis de acetis mineralibus non usque adeò magnificè sentiat, non propterea thermas statim omnes & aquas medicinales vapulare, uti Quercetanus magnâ cum indignatione contendit: Quin potiùs, si quoad essentiam & quoad effectus comparatio utrinque instituatur, manifestò patere, non meras illum nugas dicere, sed rationum fulcris ac momentis satis validis inniti, qui Quercetano opponat, naturã nas spirituum metallicorum cum aquâ moliri mixtiones, quas ars ipsa nunquam valeat imitari, nedum consequi. *Alexic p. 268.*

271. Neque enim si jus aliquod pingue vel qua accommodata, cum præstante quodam itrioli aut sulfuris spiritu per Quercetanum fiat cidula, tanta inde utilitas subsequetur, ac si in nagnâ quadam & iam tamen usitatâ quantitate quas Spaënses & Pouguenses, quæ sint indubiè itriolicæ, alicui propinasset & exhibuisset. Ratio est in promptu, quia tantum interest inter piritum vitriolicum, quem acidulis Spaënsibus t Pouguensibus natura inseruit, & illum quem Quercetanus jusculis & aquis diluit, quantum nter formam & materiam, inter animam & orpus, inter cœlum & terram.

272. Hoc illi nôrunt, qui decantatam Chy-

micorum anatomen thermis atque acidulis frustrà hactenus applicarunt. Nec Quercetan. dissimulare videtur, falsus ingenuè, non ita promptus ex liquoribus acidis distillatis effectus consequi. Id enim, quod ille ingenti aquarum, quæ sorbentur, copiæ acceptum refert, nos inprimis spirituum aquis insitorum immensæ subtilitati asscribimus, quæ tanta est, vt omnem artis artificumque captum atque industriam infinito intervallo superet, atque ipsius Quercetani testimonio, innumerabiles singulis diebus producat effectus, in eorum præsertim morborum curatione, qui deplorati credebantur, quibusq; reliqua incassum fuerant adhibita remedia.

273. Quod si iam vesania est, ijs palàm reluctari, quæ quotidiè circa effectus aquarum acidarum & vitriolicarum, quales sunt Spaënses & Pouguenses, sensibus patent atque percipiũtur: Certè equidem non minor vesania est, aceta mineralium artificialia, acidulis naturalibus non tantum comparare, verùm etiam præferre velle: quum ipse Quercetanus, ut diximus fateatur, nó ita promptos ex liquoribus acidis distillatis consequi effectus. Hosce verò quum nihilominus temporis progressu perspici affirmat, nec non cũ minore periculo, quam si simul & semel tanta aquarum congeries vel invitis obtrusa fuisset: In eo profectò minimè feret calculos & suffragia eorum, quorum testimonijs jammodò affectus aquarum Spaënsium & Pouguensium comprobauit.

274. Multò minus vires harummet aquarũ ex-

extenuabit eo,quod dicit,tãtam aquarum congeriem,nõnisi magnum corporibus nostris nocumentũ inferre posse,si obstructionibus divexentur,id liquidò patere in hydropicis,quorum nonnulli sæpiùs usi talium aquarum , licet huic symptomati dicatarum,magis ac magis intumescat.Si itáq; magna inde vtilitas& alleviatio speranda est,bibere eas nefas, non præparato priùs corpore,non sublatis ante obstructionib. Corpore ritè præparato,sublatis ex arte obstructionibus magnam utilitatem & alleviationem acidulæ præstabunt etiam illis,qui nullo cum emolumento,juscula Chymicorum & aquas acetis mineralibus,quæ jactant,infectas abliguriérũt, adeoq; se egregiè deceptos sentient, qui de guttulis spiritus chalcantini tantum sibi opis pollicentur, quantum integri acidularum scyphi liberaliter evacuati præstant,

275. Vivida acidula rũvis instar mercurij omnia corporis loca pervolitat,instar lixivij omnes viscerũ sordes abstergit,instar universalis emunctorij corpus per alvum,per urinas, per sudores repurgat.Vitrioli spiritus nec alvũ solvit,nec vrinas movet,nec sudores elicit, imò vero solo nomine spiritus est.Hoc Crol.non diffitebitur,qui licet subtilitatẽ ejus in solvendis obstructionib. deprædicet,non potuit tamẽ gravitatem corpoream & terrestrẽ reticere , quando usuris præcipit,vehiculũ,quo diluitur,bene cõcutere ac cõmovere, quia nẽpe gravitate suâ fundum facilè petat. Idem acerbe invehitur in quendam, qui imoderato & immaturo spiritus vitrioli vsu hominem optimum pessimè interemerit: Nimirũ,
quod

quod ſalus & per ſe non ſumatur, ſed cum vehiculo & exiguâ doſi.

276. Abs Crollio diſcere Quercetanus debuit, quod ſpiritus vitrioli non tantum acidulis non ſit ſalubrior, ſed ne quidem ſaluber ſatis ac tutus. Nam pro eo, quod acidulæ integris poculis tuto & ſalutariter ſinceræ ingurgitantur, ſpiritus vitriolici ne guttula quidem impunè libatur, niſi alijs liquoribus diluta & diſtemperata, ac neque dilui neque diſtemperari tam perfectè poteſt, quin inſitâ gravitate & terreno pődere deſes, ventriculo adhæreat, perinde atque in vaſis imo coire eum Crollius obſervavit, &, ne coiret, vaſis concuſſione cavit. Vnde porrò tanquam in ſpeculo diſpicere poſſunt novatores, quanti facienda ſit illa tum ſalubritas tum ſpiritualitas, quam ſuis medicamentis, ſuûmmet ipſorum decretorum immemores, affingunt.

277. Beguinus verò (ad eum enim redire tempus) vim igneam, acrem, erodentem, causticam, medicamentis Chymicis abſtergere volẽs, vnum, de quî nobis impræſentiarum ſermo eſt, ſpiritum vitrioli examinet, & à Crollio quærat, quidnam in ſpiritu vitrioli fuerit, quod homini attulerit necem? Si Crollius violentam mordacitatem fateri noluerit, non deërunt è fœce vulgi, qui affirmaturi ſint, pannum, papyrum, lintea non aliter à ſpiritu vitrioli depaſci, ac ſi vivo igne deflagraſſent.

278. Illam verò causticam violentiam Beguinus fruſtra conatur cantharidibus, vitriolo, allijs, cępe, ſinapi, naſturtio, ſucciſque limonum

ac

ac citriorum attemperare & comitigare, quum proculdubio inter hæc omnia & spiritum vitrioli, tãta sit, quoad corrosivitatem, proportio, quanta, quoad comburendi vim, inter tenuem flammam & ferrum candens. Argumento est, quod nonnisi parcissimè & instar condimentorum, ad guttam videlicet granumve vnum, aut alterum, nec sola, sed idoneis liquoribus permista Beguinus exhiberi doceat, cũ necessitas medicos Spagiricos ad medicamenta acria usurpanda compellit.

279. Quantum inter vitriolum & vitrioli spiritum; quantum etiam inter hunc ipsum & cantharides intersit, non ignoravit, opinor, Beguinus: Allia certè, cæpe, sinapi, nasturtium, succos limonum ac citriorum, cæteraque id genus, quæ obijcit, nec granulis pendimus, nec guttulis stillamus, verùm etiam largiùs aut sinceriùs assumpta, multò minore cum periculo concoquimus, quàm Crollij æger spiritum vitriolicum. Qui quidem spiritus vitriolicus vires suas in ægro illo satis explicavit, nihil veritus neque intraneorum repugnantiam, neque vegetum caloris nativi robur, neq; humores noxios in ventriculo stagnantes: sed stygiâ suâ violentiâ fretus, fecit, quod sibi, non ægro conveniebat, Crollio verò ad stomachum usque displicebat.

280. Neque enim tum temporis innotuerat, quomodo acerrima quævis ita edulcorari possent, vt omnem acrimoniam deponerent, quale quid Beguinus magno hiatu promittit: verum inter credita nondum experta habebatur

tur ſpiritus vitrioli dulcis, qui ab eo uſque tempore nunquam aut nuſpiam adhuc comparuit. Tametſi nanq; Beguinus acrimoniam aquæ fortis & regiæ, ſi ſal tartari ijs commiſceatur, manifeſtò deponi arbitretur: jubebimus eũ, ſi liquor inſipidus ſit, guſtare coagulum; in quo ſi obtorpuiſſe aculeum putat, ſenſu caret.

281. Quod verò ignem medicamentis Chymicis propitiare vult, id tanti eſt; quanti illud, quod Quercetanus aſſeveravit, medicamentum quò magis digeſtionibus ac purificationib. crebris attenuetur, eò propiùs ad ætheriam ſubſtãtiam accedere, quæ temperatiſſimæ naturæ ſit. Hæc Quercetani verba conciliet mihi quiſpiam cum ſpiritu vini, quem Beguinus indies calidiorem acrioremque fieri author eſt, etiamſi vel toto anni circulo in circulum circumagatur. Id enim facile unumquemq; experiri poſſe, & rationem ipſam ab igne ac motu deſumptam perſuadere. Dicat Beguinus, quænã ſit illa ratio ab igne deſumpta? Annon, quam Ariſtoteles in undecimo quarti meteorologici expreſſit? ἐν ἅπασι γάρ ἐςι θερμότης, ἤ πλείων, ἤ ἐλάττων, τοῖς πεπυρωμένοις: quamque fuſiùs in ſecundo ſecundi de partibus animalium explicavit: Aduſta fere omnia aliquid habent caliditatis, ut calx, cinis, ſedimenta animalium, & inter excrementa fel, eo quod fervore nimio exaruerint: relictumque ſibi contineant aliquid caliditatis. Et hanc quidem rationem ſi Beguinus metallis uſtis, chalcitidi uſtæ, balano myrepſicæ aſſatæ, mercurio calcinato, croco martis, aquæ & oleo cinnamomi, ſpiritui

D.H.M. pag. 77.

Tyroc. lib. 3. cap. 2.

vi-

vini, spiritui vitrioli, oleo salis, cæterisq; id genus applicasset, utiq; non de nihilo esse existimasset, quæ de ignis contagio remedijs Chymicorum obijciuntur.

282. Nam quum negavit, medicamentis Chymicis inesse empyreuma, oblitus videtur tũ quæ rosaceæ quam per cineres maximâ cautione & circumspectione distillari præcipit, ne empyreumate liquor stillatitius inficiatur, tum earũ aquarum, quibus ob contractũ empyreuma, ipse remedium parat, tum spiritus atque olei tartarei, olei & liquoris ex sanguine & cranio humano, olei laterini, aliorumque oleorum, quæ per sabulum extillant, quorum quàm est manifestus nidor, tam est etiam inemendabilis, quicquid vel ablutione vel digestione contra moliatur Beguinus. l.2. cap.1. l.2. cap.1. §.15.

283. Ablutio enim tantum præstat ad abolendum empyreuma, quantum ad edulcoranda coraliorum & perlarum magisteria valet. Digestio autem, sive in calido fiat, non magis nidorẽ tollit, quàm spiritum vini diutina attẽperat circulatio: Sive in frigido & humido loco aquas adustas colloces, non aliter eas mitescere ac sales in cellâ super marmore diffluẽtes, percipies, adeoq; nimis caducã esse suavitatem, de qua Chymici tantoperè gloriantur, nimis pellucidã gloriolam, quã in medicamentorum præparatione aucupantur. Etenim vel ex dictis liquet, eos, rerũ naturas, quas exaltare, perficere, essentificare ajunt, reverà, ut Gluckradius ait, immutare, destruere, ac pervertere, non a. veras, ut jactantur,

tur, ex illis extrahere essentias, multo minus so-
lare & salutare illud separare balsamum.

284. Itaque quemadmodum acetis suis sty-
gijs frustrà eosdem æquiparare acidulas natura-
les probavimus: Ita etiam nullo negocio osten-
dere possumus, non minus frivolam esse com-
parationem, quam inter præparationes suas ab
una parte, ab alterâ verò inter coctiones cibo-
rum in ventriculo & jocinore, inter transitum
musti in vinum, inter panificium, inter culinam,
inter lac, caseum & butyrum, inter chylum, chy-
mum & sanguinem, inter alia id genus talia in-
stituunt: Vbi tametsi nil nisi desperationes, de-
fæcationes, exaltationes, essensificationes, per-
fectiones & similia audias: Falleris tamen, si te
inibi reperturum putâris, quod verbis pompo-
sis respondeat, quin potiùs Gluckradij iudici-
um approbabis, quod modò audivimus, neque
à verò abhorrere vidimus, quum de stibiatis ac
mercurialibus suprà ageremus. Certè enim vul-
cani violentiâ, sublimationibus varijs ac rever-
berationibus, ardentibus item ac erodentibus
menstruis, rerum naturas immutare, destruere
ac pervertere, non est eas exaltare, perficere, es-
sensificare, neque tales ex illis essentias, talia bal-
sama extrahere, qualia chylo sincero, limpido
sanguini, vino meracissimo, pani laudatissimo,
jusculo consummato, lacti item, caseo, nec non
butyro assimilari reapse queant: sed pro veris es-
sentijs, meras sordes, mera inquinamenta, cor-
ruptelas, maleficia, fæces, nugas, pro solaribus ac
salutaribus balsamis illud demum, plenâ manu
offer-

fferre, quod artificiosâ anatomiâ sive ἐξαρθρωσει illi se ab utili, à mumiâ, à nucleo, à medullâ, à uro, ab alexipharmaco; à spirituali separare jatitant. Quod ipsum quid, quale, quanti sit, vel x eo licet nobis cognoscere, quod de salibus otanicis Beguinus partim ex Quercetano partim ex semetipso affert; nosque superiùs confuavimus, ipse quin etiam Beguini scholiastes exbilat, quando per cinefactionem mista omni umiditate tam essentiali quàm accidentali aborptâ in cinerem redigi, firmiter asseverat. *cap. VII. Gluckrad. in Notis p. 55.*

285. Hoc verò quidnam quæso aliud est, uàm utile cum inutili; venenum cum mumiâ alutari, nucleum & medullam unà cum cortiibus, putaminibus, siliquis & fæcibus, purum um impuro; malignum cum alexipharmaco; orporeum denique cum spirituali simul ac seel perdere atque interterere? Proindeque niil absurdi est, dicere, quod in sale absinthij, geius absinthij penitus atque penitus expirâret; atioq; absinthij ad absinthij salem talis omniò sit, qualis ad cadaver, corporis est viventis. Nec obstat, quod Quercet. eiusque asseclæ sale quascondiant, sale etiam extracta conspergant; balsama sale farciant. Subit enim animum reordari, quod ex Plinio ille anonymo suo obijit, suibus animam fuisse pro sale datam, ne purescerent. *D.H.M. pag. 264.*

289. Mirabilis certè illa anatomia est, quæ homogeneum ab heterogeneo separare profesà, heterogeneum cum homogeneo coire in vnũ

facit: nec sine causâ à Gluckradio factum, quod
In not. ad Beg. p. 194 in extractis purgantibus admistionem salium proprioruin improbaverit; quodque insulsitatem præparationum Chymicarum non hoc tantum in loco, sed & alibi liberè castigârit.

287. Nam neq; de effectis remediorum Spagiricorum magnificètiùs sentit. Salia, inquit, a[...] rodunt & extimulant: Spiritus caput petũt: ole[a]
p. 298. ventriculum conviscant & adhærent. Quid ora[...] culum Chymicorum, quid naturalis theriac[a] præstet, partim ex Gluckradio, partim ex Crolli[o] supra commemoravimus, & animus repeter[e] horret. Vnde dijudicare Beguinus possit, an medicamenta Chymica membris principalib. co[r]poris pravam dispositionem imprimant, an c[a]lorẽ nativum & spiritus individuos animæ satellites destruant: necne?

288. Neq; enim est, quod culpam malefic[ij] à remedijs reijcere vel in artifices velit; qui e[a] præpararint, vel in medicos, qui ea exhibuerint. [...] quum vel Crollio vel Husero vel alicui alij Chy[...] miæ Atlanti tale quid accidisse, quale Beguinu[s] profanationi aut abusui remediorum Spagiric[o]rum adscribere vult, non obscurè è superioribu[s] elutescat. Eamobrem virulentiæ hydrargyri & stibij non debuit fucos emendicare & colore[m] à methodo medendi Galenicâ & Hippocratic[a] cujus imperitiam imperiti alijs objiciunt: Mul[...] to minus scamoneata & helleborata cum stibia[...] tis & mercurialibus conferre, quum horum ma[...] lignitas per id tanto fiat conspectior atque illu[...] strior.

289. No[n]

289. Non admittit vel Hippocraticâ vel
ialenica methodus, præsertim qualis nostro
oc ævo excolitur; quæ ne quidem tutò masti-
ari possint, ad quorum maleficia refrænanda ac
ompescenda foris intusque opus sit alexiterijs,
ardiacis, stomachicis, cephalicis, gargarismis,
ceteris, quibus dentes, os, fauces, stomachus,
or, caput vel adversus virulentiam præmuni-
iuntur vel ab illatâ noxâ perniciali liberan-
ur. Nam nec Crollio quidem placent, quæ ta- Sect. de
a sunt: idcircò purgationes venenatorum sym- Cathart.
omatum procreatrices, & virium dissipatri- Cant. 2.
es, æternùm fugiendas esse monuit: Moniti ta-
en in mercurialibus & stibiatis prorsus obli-
us est.

290. Beguinus verò, quùm cautiones in
ntimonij & turpeti exhibitione observandas
Crollij basilicâ in tyrocinium suum transscri- l.2. Tyroc.
eret, potu etjam tum parcius de medicamen- cap.12.
ium Chymicorum tum salubritate tum inno-
ntiâ judicare, & corrigere judicium; quod
agirica dogmaticis antefert. Ostendimus e-
m ex ipsis artis proceribus, nec falsum nec va-
am esse prætextum, quo remedijs Chymicis,
uasi periculosis, inutilibus & pestiferis, jus ci-
tatis in Republicâ medicâ denegetur, rationē
oq; per quam salubriora & tutiora vulgarib.
e statuuntur, per ipsos authores evertimus.
am quo pacto illi purum ab impuro malignū
alexipharmaco, corporeū à spirituali, inutile
utili separent, Gluckradius nos suprà do-
it, qui eos rerum naturas vel Vulcani

violentiâ corrumpere ac depravare, vel erodent-
tium menstruorum contagio coinquinare & in-
toxicare disertis verbis fassus est, nosque exem-
plis ex stibio, hydrargyro, metallis, lapidum ge-
nere desumptis ipsorumet artificum fide, com-
probavimus.

291. Ideoque mirum non est, quod Begui-
nus scribit, Spagirica ventriculum molesuâ noc-
infestare. Neque enim de guttulis vel granum
querela est, sed de qualitate maleficâ, quàm
præparatione rebus imprimi Gluckradius dici
nec reliqui negant, tametsi negare velint. Extan
luculentissima de hydrargyro & stibio docum-
ta, quibus evicimus, ea operationes suas non di-
ferre, sed citò non tantum cum morbis vert
etiam cum natura ipsa colluctari incipere, eas
que unà cum morbis victas dare manus festin
ter cogere. Crollius ipse irascitur homini, q
immaturo atque intempestivo spiritus chalca
thini haustu hominē è medio sustulerit. Nec
quior Fernelius fuit pharmacopœo, qui cum
tionis hermeticæ seu Spagiricæ specimen edi
rus, tribus è præcipitato pilulis, quartanariu
quadratum & robustum miserè interemit.

De lue vener. c. vij.

292. Hujusmodi exempla magno cum
sese offerent experientiam consulentibus, & l
guinum docere possunt, verumne sit quod sc
pserit, Chymica præsertim ex metallicis & m
neralibus præparata, utpote potētiorem virit
& majoris efficaciæ, incurabiles vulgò morb
epilepsian, lepram, quartanam, podagram, h
dropem, ἡσύχως, ταχέως καὶ ἀσφάλως percura

An potius majorem fidem mereatur, quod de llorum maleficijs ac violentiâ nos ex ipsis Chymicorum scriptis commemoravimus?

293. Nam quod de Analepticis seu Cordialibus Chymicis Beguinus ebuccinat, per id non corruit Gluckradius judicium, quo vulcani atque erodentium menstruorum indelebile ontagium ejusmodi præparationibus objicitur: & nos judicij veritatem confirmare possunus magisterijs seu salibus seu solutionibus u-ionum ac gemmarum, quæ ut ab omni acri a-etositate liberaret, nihil non fecit, etsi parum rofecit, Crollius. Quibus quidem magisterijs, uibus salibus ac solutionibus, si quis vel cereviam defæcatam, vel vinum à tartaro suo depuatum, vel cibos seclusis à naturâ excrementis nceros, vel aquam cinnamomi balsamumve eis, vel oleum anisi, comparare ausit: Nę is toto œlo aberrabit, & pro veris essentijs & solaribus c salutaribus balsamis habebit, quæ non nisi reum inquinamenta sunt,

294. Tantum enim credo interesse inter argaritas crudas & magisterium margaritarũ, uantum inter cerevisiam defæcatam & crassm, inter vinum limpidum & mustum turbium, inter cibos coctos & crudos interest. Quoam si illud purum est, quod sui plenum, alieni acuum est: quis non videt, magisterium perlam multò esse crudis perlis impurius, utpote lcani violentiâ & erodentibus menstruis in num efferatum, ut mitissimæ temperatissimæ-

que indolis prorsus immemor, nil nisi causti-
cum & mordax spiret.

295. Cui si quis vel emulsionem margarita-
rum, vel species diamargariti, vel manus Christi
perlatas præferat, reipsâ expetietur, non tantum
ab incrustatione periculi esse, quantum Begui-
nus confinxit: quin potius plus juramenti minus
nocuméti ab illis percipi, quam à causticis Chy-
micorum solutionibus, quæ ob ignis violentiam
menstruorumq; erodentium mordacitatem,,
psi etiam Gluckradio non suspectæ tantum v...
rùm etiam exosæ sunt.

296. Propterea vulgo non succenseat Be-
guinus, quod istiusmodi præparationes impro-
bet, & integris uti malit, quàm in sua princip...
consumptis: Nam ipse ejus scholiast... s parum ...
quus est istiusmodi præparationibus, istiusmo...
resolutionibus & anatomijs, quæ rerum natur...
immutant, destruunt, ac pervertunt, cujusmo...
sunt magisterium, sal, solutio perlarum & cora-
lorum, in quibus nulla fit puri ab impuro sep...
ratio, sed rerum temperatissimarum cum acer...
mis liquoribus inepta & noxia confusio.

Lib. 1. Epistol. medicinal. Scholiz. 2.

297. Video aliquid Cratoni tribuere Begu-
num, Illius judicium audiat: Acetum radicatu...
suâ acrimoniâ & vi corrosivâ atque causticâ n...
modò margaritas, verùm alia etiam dissolver...
" & in cinerem quasi redigere, atque quemadm...
" dum Chymistæ loquuntur, calcinare posse, nu...
" lum dubium. Hoc autem non est spiritum ma...
" garitarum elicere, sed totam earum substantia...
" corrumpere. D. Woylelius senior mihi narr...

vit, Episcopum Vratislaviensem Casparum Lo- "
gum, Magisterium hoc perlarum, persuasum à "
fratre, sæpe porrectum à Paracelsistâ quodam "
bibisse, atque demortuo tunicas ventriculi ni- "
gras & corruptas apparuisse. Eodem eventu u- "
sum esse Marchionis Ioannis conjugem, in quâ "
ventriculi tunicæ planè fuerint erosæ. Hoc videlicet non est benignum hospitem, sed internecinum hostem, nec alexipharmacum & morborum ῥιζότομον, sed venenum in vitæ penetralia admittere, nec vires collapsas restaurare & pristinum vigorem restituere, sed, quod de præcipitatis & mercurijs vitæ alicubi Beguinus loquitur, in sepulchrum præcipitare, & mortem magno precio emptam accelerare. Non potuit hoc hactenus nec emulsione margaritarum, nec speciebus diamargariti, nec manu Christi perlatâ præstari.

298. Quum solo exemplo Beguinus addiscere potuit, chymici an dogmatici sint, qui ægrotis præbeant partes noxias excrementitias & venenatas unà cum salutaribus & utilibus devorandas, qui efficiant, ut ægroti, expugnato morbo, novum symptomatis gravioribus postmodum supervenientibus, & ipso priori morbo periculosioribus conflictentur. Nam quod de incrustatione ventriculi objectat, rectiùs in magisteria tales & solutiones perlarum ac corallorum, quàm in innocentes pulvisculos quadrat. Eschara cauterium sequitur: erosionem crusta. Nihil ad erosionem virium neque emulsioni margaritarum, neque speciebus diamargariti, neq; confe-

ctioni perlatæ, quæ Christi benedictum nom[...] circumfert. Plurimùm ab erosione tũ pericu[...]tum noxæ, ijs magisterijs salibus solutionibusv[...] quę ex margaritis, gemmis, coralijs artificio he[r]metico conficiuntur.

299. Nec possunt hoc nefas aquæ Chym[i]corum, quamvis sapidæ, quamvis odorifer[æ] quamvis etiam durabiles eluere, quibus phar[...]maciæ hermeticæ lucem ac decus inferre com[...]tur Beguinus, vulgati verò tenebras cymmer[...] spissiores. Nam & pharmacopolæ dogmatic[o]rum ex Quercetano didicerunt, quod distil[la]tione multum de substantificâ rerum virtute[...] potentiâ imminuatur: jamque pro plumb[e]ac æreis vasis vtuntur fictilibus ac vitreis, dec[o]ctaque, ne quid in auras evolet, parare sciunt, [...] cubi opus sit, more Bovij, quam pro empiri[...] funesto Donzellinus habet, Crollius inter tr[i]umviros artis suæ connumerat; & experiment[o]rum tum multitudine tum certitudine conf[ir]mati, ridere incipiunt definitionem, quâ Beg[ui]nus Chymian mundo obtrusit, tanquam arte[m] medicamenta gratiora, salubriora & tutio[ra] concinnandi.

Alexic. p. 294.

CAPVT XVI.

Amethodia Chymistarum in medendo ostenditur.

300. PRolixè hactenus de remediorum Ch[y]micorum præstantiâ disseruimus; Vn[de] licet artificium medendi Chymicum, Spagi[ri]cum seu hermeticum percipi facile perspici[...]

possit, quia tamen Beguinum audivimus culpam pessimorum eventuum removere à remedijs Spagiricis, ijsque impingere, qui omnis methodi Galenicæ & Hippocraticæ ignari, dicta medicamenta propinent, Quercetanum quin etiam eadem de re non uno in loco conquerentem videmus: operæ precium fuerit, peculiariter & seorsim cognoscere, quantum & quomodo cum methodo medendi Galenicâ & Hippocraticâ consentiant, quæ de modo pharmacandi Artistæ nostri tradiderunt.

301. Nam quod Quercetanus persuadere nobis velit, sectam Dogmaticorum non esse distinctam ab Hermeticâ: id perinde est, ac si persuadere vellet, physiologiam peripateticam vel dogmaticam non differre ab hermeticorũ physiologia: quum tamen quantum inter utramq; intersit, vel ex ijs liquidò appareat, quæ suprà de elementis eorumque qualitatibus ac viribus, quæ de mistione & formâ misti, quæque de animâ vitâ & naturâ tum elementorum tum mistorum copiosè disputavimus. Nec minor profectò occurret diversitas, rationes medendi utrinque conferentibus, & Crollij inprimis præcepta examinantibus, quo nemo de pharmaciâ Spagiricâ magis basilicè scripsit. *Consil. de arthr. & calc. pag. 262. 290.*

302. Summula methodi, cujus Hippocrates author, Galenus cultor exutit, hæc est: Medicinam esse, quæ sanè in totum à morbis ægros vindicet, morborumque vehementiam obtundat, neque ijs, qui à morbis victi sunt, manum admoveat, cum id medicinam præstare non

posse constet: *lib. de arte.* Hominis autem corpu
in se sanguinem & pituitam & bilem duplicem
flavam & nigram continere: & per hæc dolere
sanum esse. Sanum quidé vel maximè, cum hæ
moderatam inter se tum facultate tum copiâ tē
perationem habuerint, idq; præsertim, si perm
xta fuerint. Dolere autem, vbi horum quicquam
vel minus vel copiosius fuerit, aut in corpore se
paratum: *lib. de Natur. hom.* seu, vt alibi loquitur
bilem & pituitam morbos excitare, quū in cor
pore supra modum vel resiccentur, vel hume
ctentur, vel incalescant, vel refrigerentur: *Lib. ad*
affect. Ideoque multa inesse in corpore, quæ qu
mutuò inter se præter naturam calescant & re
frigerentur, siccenturq; & humectentur, mor
bos pariant. Ex quo multæ quidem sint mor
borum formæ, & multiplex quoque eorundem
curatio existat: *Lib. de Natur. hom.* Curatio autem
quonam pacto sese habeat in *aphorism.* 22. *sect.*
2. expressit Hippocrates: Morbos ex reple-
tione, vt curat evacuatio, sic eos, qui ex eva-
cuatione fiunt, repletio, & in cæteris contrarie-
tas remedio est. Hoc verò est, quod in *libro*
de flatibus dicitur, contrariorum contraria esse
remedia. Medicinam enim additionem esse
& subtractionem. Et eorum quidem quæ
exuperant, subtractionem, eorum verò, quæ
deficiunt, additionem. Sunt hæ methodi Hip-
pocraticæ & Galenicæ leges fundamentales,
quas Chymicos non observare, sed nefariè vio-
lare, & concutere, non stabilire, in propatulo
est.

303. *Pri-*

303. *Primò* enim, ſublato morbi in curabilem atque incurabilem diſcrimine, omnibus omnino ægris certam promittunt medelam, etiãſi, ut Hippocrates noſter ait, à morbo victi ſunt. Inde eſt, quod Quercetanus antimonij panaceam in omnibus ægritudinibus vel deploratiſſimis etiam commendet; Antidotum theodoton Deum nobis largiri in curationem omnium generaliter morborum, vel deſperatiſſimorum deprædicet; In genere affirmet remedia antimonialia, qualia in Tetrade deſcripſit, omnia omnium morborum ſeminaria, utcunque graviſſimi & deſperatiſſimi ſint affectus, radicitùs extirpare. Beguinus Chymicè præparata metallica & minralia incurabiles vulgò morbos percurare author eſt. Mercurium præcipitatum ex optimis optimum valere ſcribit adverſus morbos deploratos. De panaceâ vitrioli verba ejus ſunt: Doſis ejus à granis tribus ad quinque vel ſex in morbis deploratis maximè de panaceâ ſolari; Prodeſt in omnibus morbis deſperatis, & ijs, quorum cauſſa occulta eſt. Author verò miraculorum & myſteriorum Chymicorum, etiam animam agentibus ex mercurio vitæ paravit naulium, ne deeſſet, quod pro portorio penderent Charonti. Neque ab eorum ſcitis Crollius degeneravit, qui medicamentum ſpecificum ſeptem membris corporis principalibus conſecravit, quod valere ait adverſus morbos tum incurabiles tum incognitos. Hi verò omnes, quanam peritiâ adorti ſint, quanam felicitate extirparint morbos deploratos,

Tetr. pag. 40.
pag. 410.
p. 417.
lib. 1. c. 1.
l. 2. c. 13.

tos, desperatos, incurabiles, vel ex eo nobis lic[...] cognoscere, quod eorum discipuli, magno art[...] dedecore, & ægrorum strage non minore, quo[...]tidiè ex ijs, qui curabiles maximè sunt, insanab[...]les, & sanabilibus desperatos ac deploratos effi[...]ciant.

304. *Secundò* pro eo, quod Hippoc. asseri[...] multas quidē morborum formas, & ob id mul[...]tiplicem quoque eorum curationem existere: Chymici nostri, omnia remedia particularia a[...] subalterna, specifica, singularia, individualia a[...] unum universale universalissimum, & velu[...] species in scalâ prædicamentali seriatim disposi[...]tas, ad unum genus generalissimum reducere & redigere conati sunt: quod etiam absque cogni[...]tione morbi naturales omnes ægritudines per[...]sanet, per singularē naturæ instinctum, ut Crol[...]lius ex Severino & Lullio narrat. Tale quid an[...]timonij panaceâ, antidoto Zoiphylo, alijsq; præ[...]parationibus stibiatis Quercetanum venditare[...] diximus. Crollius simile ex *mercurio dulci offert*, quod dicit, *omnia noxia ex corpore humano radicitù[...] tollere & exterminare*, & parum abest, quin & sul-

D.H.M. p.287. furi & oleo vitrioli, laudem universalis medici-næ attribuat. Verùm quum idem Quercetanus universalissimum illud universale, *ideis platonicis* comparaverit, fore utique sperârim, vt de universali universalissimo rectiùs ac veriùs, quàm de tribus Aristotelicis principijs dicatur, quod noëticum potiùs, quam hypostaticum sit, quod notionum sit, quod intellectu potiùs quam sen-su perceptibile.

305. *Ter-*

305. *Tertiò* neque hoc genium ingeniumve Hippocraticum aut Galenicū sapit, quod morborum causas eorundemque remedia quatuor qualitatibus primis, quatuor item humoribus abtrahant atque eximant, quod calefactionem & refrigerationem, humectationem & exsiccationem, absterſionem, incisionem, attenuationem & id genus alia Galeno nimis trita & familiaria ubique flagellent: quum tamen supra demonstratum sit, Quercetanum non potuisse usque adeò elementis & qualitatibus elementaribus irasci, quin recantatis subinde opprobrijs fieret amicus. Spes est, posse eum, si viveret, etiam cum humoribus, quibus parum favet, reconciliari. *Quercet. Consil. de arthr. & calculo p. 230. D. H M. p. 297. Tetr. p. 59. & 60. & 208. Croll. in praef. sect. 4. &c. Cap. 14. num. 231.*

306. Nam de eiusmodi quidem humore, cujusmodi ille sibi impugnandum in consilio de arthritide & calculo proponit, nulli dogmaticorum, ne quidem per somnium venit in mentem. *Humores*, inquit, *nihil sunt aliud, quam substantia tenuis, liquida & aquea: adeoq́ꝫ corpus quoddam fluidum, ὁμοιομερὲς & alieno termino circumscriptum: quæ tota exhalare poßit, vel evaporari à calore, & à se aut in se solidi, nihilq́ꝫ terrestris substantiæ contineat.* At verò dogmaticis nostris fictitius ille humor videtur, definitio futilis, quia videlicet & hîc & illîc præteritur crassities, viſciditas, gluten, mucilago, salsugo, nitrositas, aciditas, lentor, ærugo, prassium, porrum, vitellus, albugo, adustio, superassatio, cruditas, fermentum, cætera, quibus tum soliditatem ac terrestreitatē humorum notant, tum Quercetanum cogunt, quod de humo- *pag. 237.*

moribus finxit, non aliter refingere, atque eum ostendimus cum quatuor elementis & eorum qualitatibus, quæ non minùs temerè exagitavit in gratiam demùm rediisse. Nam illis quidem vitijs tum edomandis tum profligandis, magnam pharmacopœas restitutæ partem resolvit, remediaque multiformia, quibus omnis generis humores tum præparentur tum educerentur, large & liberali manu descripsit.

307. Crollius quoque & Beguinus hinc inde tum qualitatum elementarium tum humorum mentionem non iniquam faciant. Ille quidem vomitus biliosi in usu turpeti meminit, & cholericos usu turpeti & antimonij prohibuit & cinnameum oleum frigidis visceribus & tussi à causâ frigidâ ortæ appropriavit, & elixir proprietatis frigiditatem ventriculi & capitis emendare affirmavit, & in laudani usu medicamenta attenuantia & abstergentia commendavit, ubi etiam humorum tenuium & acrium meminit, itemque incrassationis atque attemperationis ejus, quod nimis tenue & fluidum existit: Præterea & succineum oleum frigidas capitis distillationes consumere prodidit, & vitrioli oleum frigidis stomachis benefacere, Choleræ & Cholericis non æquè. Beguinus verò spiritum sulfuris valere ait ad morbos tam calidos quàm frigidos: spiritum vitrioli crassos & viscidos humores incidere: oleum ceræ attenuare, emollire, discutere, tumoribus frigidis utilissimum: oleum terebinthinæ calefacere, emollire, discutere, aperire: Oleum

ga-

aryophyllorum conferre frigidis ventriculi
norbis, diarrhœæ à causâ frigidâ: oleum suc-
ni frigidis capitis defluxionibus conducere:
iercurium per se calcinatum acres humores
nitigare, pituitosos expurgare, calidamque
: siccam viscerum constitutionem emenda-
: in ferro esse virtutem aperiendi, deoppi-
ndi, attenuandi, constringendi: tarta-
um purificatum habere virtutem incidendi
umores crassos, meatusque aperiendi: flo-
s sulfuris conducere morbis, qui exsiccatio-
: opus habent. Hæc aliaque similia non ab-
orrent ab indole Galenicâ vel Hippocrati-
â: ad quam nisi omnis ea medicationis ra-
o, quæ sibi vel Hermetis vel Spagirices
el Chymiæ numen ac nomen prætexit, re-
ocetur: certè equidem non poterit Chy-
iâ medicinali vel medicinâ hermeticâ nec
udelior empeiria, nec turpior amethodia ex-
ogitari.

308. Nam quod *quarto* loco expendendum
enit, nisi ad indicationes Galenicas & Hippo-
aticas res redeat, meliori jure Quercetano
bijcietur, quod ille alijs exprobravit, ea, quæ
hymici, buccinatorum instar, pro magnis my- *Consil. de*
erijs promulgant, talia esse, ut Chymicorum *lue vener.*
rs maxima, quid aut cur exhibeat, nullam ra- *pag. 366.*
onem reddere possit. Quia namque humores *367.*
sque deque habent, necesse est ignorare,
uid in corpore redundet, & quia de tempe-
: parùm solliciti sunt, nescire tum humo-
m vitia, tum viscerum querelas, proindeque

ex

ex ratione nec vacuare, nec alterare, nec confortare, nec quicquam Hippocraticâ tum subtractione tum additione dignum præstare. Nec difficile est, in dictorum fidem iners Chymicorum artificium, quod in digerendo seu concoquendo, in evacuando, in confortando, excellent, exemplis è Crollij basilicâ petitis, ad oculum ostendere.

309. Reddat primò rationem Crollius, quid sit *tartarus vitriolatus*, & cur eum exhibeat? Dicet universale seu digestivum seu maturativum esse exhiberi, ut omnes viscerum obstructiones solvat, ut aperiat, abstergat, crassis & mucilaginosis humoribus appropriatum, & in omnibus febribus miranda præstans. In hoc enim compendiolum omnia coguntur, quæ de viribus digestivi hujus seu maturativi Crollius decem articulis prolixiùs proposuit. Atqui verò si digestivum si maturativum est, quare per quatuor emunctoria, nempè per vomitum, per alvum, per urinas, per sudores corpus commovere, Crollio dicitur? Nimirum hoc non est humores vitiosos ad æquabilitatem componere, & ad naturalem temperiem, à quâ recesserunt, quoad ejus fieri potest, reducere, sed crudis immaturis atque intempestivis perturbationibus magis ac magis efferare atque exagitare. Digestivi seu maturativi non est, evacuare humores, sed ad evacuationem præparare ac disponere.

310. Nec est, quod Crollium excuset, nisi hoc unum, ut dicamus, eum nescivisse, quid sit digestivum sit, quia nec, quid digestio sit, intel-

lex-

exerit: & temerè nimis atque inscitè digestionis rationem omnem commisisse tartaro vitriolato: cujus naturam non magis, quàm ipsius digestionis seu maturationis cognitam habuerit c perspectam. Sicuti namque vacuatio exuperantiam humorum accidit, ita eorundem vitiosam qualitatem corrigit digestio seu maturatio. Proindeque Crollium negantem plerasque febres, catarrhos, defluxiones, tusses, raucedines, aliasque id genus ægritudines, ortas ex impuritatibus mobilibus & superficiarijs, quæ non ninis altas radices egerint, digestivo seu macerativo habere opus, necesse est & hoc negare, quod in febribus illis, quod in catarrhis, rheumatismis, tussibus, raucedinibus, alijsque id genus ægritudinibus, humores à temperie naturali desciverint. Horum enim digestionem ac concoctionem, non gravis & dura coagulatio, non validiores tincturæ, aut inflammationes; aut quidquam simile, propriè & per se indicant, sed recessus à temperie naturali; ad quam recuperandam, quantum in se est, non tantum in nominatis morbis digestis adspirat: verum etiam in diuturnis, utpote caduco, quartanis, nephritide, colicâ, podagrâ, lepra, cæterisque infirmitatibus, quas *tartareas* novatores novo nomine insigniunt, nervos omnes contendit; ut naturæ atq; artis opus facilitet & felicitet.

311. Neque verò etiam aliud resolutione quâ insinuat Crollius. Etiamsi enim eam concoctioni opponat, & signa cōcoctionis in morbis diuturnis & tartareis frustrà expectari, sed

eos statim resolutione, consumptione & destru-
ctione tolli affirmet: Facere tamen non potui
quin aliquid loci mitigationi relinqueret, nec
tantum ob successum curæ felicioris & optatio-
ris, verùm etiam ob paroxysmos, accidentia,
ebullitiones fructuum, quos in morbis commo-
moratis concoctionum ac mitigationum inco-
cationes requirere minimè diffitetur. Vnde ni
concludere possumus, Crollianas cōcoctiones
mitigationes, maturationes non esse sine reso-
lutione, consumptione, destructione: Nec ejus-
dem resolutiones, cōsumptiones, destructiones
sine concoctione, mitigatione, maturatione:
Quia quantū maturescit morbifer succus, quan-
tum digeritur, quātum concoquitur, tantum et-
iam in eo vitiosa asymmetria resolvitur, consu-
mitur, destruitur: & vice versâ, quantum hæc de-
struitur, consumitur, resolvitur, tantum ille con-
coquitur, digeritur, maturescit, adeoque non re
sed ratione duntaxat ab invicem distinguuntur
resolutio & concoctio.

312. Quam quidem seu resolutionem seu
coctionem si universim unus tartarus vitriola-
tus perficere valet, non profectò imeritò prim
in basilicâ locum occupavit, multoq; angustiu
quam par erat, de eo sensisse Crollium arbitra-
mur. Est enim universalis digestivi seu matura-
tivi, omnes succos calidos refrigerare, frigido
excalfacere, humidos siccare, siccos humefacere,
re, ebullientes coagulare, coagulatos dissolvere,
acres commitigare, tenues incrassare, fluidos in-
spissare, crassos attenuare, viscidos incidere, len-

os tergere, densos rarefacere, raros condensare, uros emollire, molles indurare, & quicquid ræterea maturationum seu concoctionum inicationes, ad quarum lucem liquidissimam ne uidem Crollius ipse connixit, requirunt, effetum dare. Tot tantisque viribus utrum tartarus itriolatus prædit us sit, nec ne? vehementer duito.

313. Nam si Quercetanum consulo, audio, emedia propria atque specifica, alia vim habe- resolvendi tartarum hujus, alia alterius genes & naturæ. Nam ut diversa sint tartarorum enera atque salium, ita & dissolutionum atque ausarum dissolventium esse. Gummi arabicum issolvi in aquâ, quia sit de naturâ aqueâ Gumi agacanthæ, cerasorum, prunorum ejusdẽ sortis le. At mastichen, thus, laccam, in aquâ nunquã issolvi. Esse enim de natura sulfuris, propterea oleis dissolvi, ut ipsummet sulfur. Cæterum ummi partim sulfurea, partim aquosa, & de sa- naturâ plurimùm participantia, ut ammoniam, sagapenum, galbanum: ea cum spiritibus lis, ut cum vitriolato, acetoso spiritu, in ipso ato vini contento, dissolvi, aut simili aliquo a- spiritu acetoso, partim mercuriali, partim lfureo. Inde fieri, quod quartana, quæ à gumi quodam tartareo visceribus inhærente orm ducit, non nisi gummi tartareo deleatr. Sic calculum à tartaro seu sale coagulan factum, sale resolvente curari: Arthritin salibus tartareis acribus ac corrosivis getam salibus curari lenitivis & consolidativis.

Consil. de artbr & calc. p. 288

pag. 289.

pag. 290.

Sic sulfuri inflammatorio febrem excitanti op-
poni sulfur acidum, vitriolatum, summè re-
frigerans, sulfureosque illos commotos spiritu
pag.291. coagulans & compescens. Denique virtutem
quandã propriam ac specificam esse, quæ dissol-
vere possit. Videre enim nos, id quod dissolv
aurum, non dissolvere argentum: ac vicissim
quod dissolvit argẽtum, non dissolvere aurum
Nec ullam esse aquam fortem, quæ sulfur disso-
vendi vim habeat, quod tamẽ cum metallorum
duricie non sit conferendum: At ab oleo disso-
vi posse, quod & illud sit de naturâ oleosâ atque
sulfureâ. Quapropter existimandum esse, inf-
nita propemodum solventium genera esse in re-
rum naturâ. Quorum disquisitioni & causi
quando doctis incũbendum potrò suadet Quer-
cetanus, veniam, opinor, dabit serio & ingenu
affirmandi, quod anatomia tartari vitriolati n
tantum externâ & superficiariâ, verum etiam v
tali & internâ quàm diligentissimè pervestig
tâ, nihil invenerimus, quod vel titulo univers
lis maturativi ac resolutivi, vel soteris catholi
in omnibus viscerum obstructionibus, in omn
bus morbis ac febribus, respondeat.

314. Neque ipse etiam Crollius, qui in fi
tispicio universale digestivum promittit, in r
cessu alias in alterando vires relinquit tartaro v
triolato, quàm aperiendi, detergendi, resolve
di, incidendi, attenuandi: de acrium mitigatio
& lenitione, de tenuium incrassatione, deque
similibus altum est silentium. Ac, nisi fallor, e
iam in calidis & siccis viscerum constitutioni

e in morbis ac febribus quibuscumq; exceptis
hronicis & diuturnis, quibus pituita fomitem
ubministrat, tam miranda præstabit tartarus
itriolatus, quàm sudes in oculo, unguis in ulce-
e, omnibusque adeò febribus, omnibus visceri-
us, omnibus obstructionibus non magis accō-
nodatus, quàm omnibus tartaris, quorum di-
ersa genera, diversas etiam dissolutiones & cau-
s dissolventes, non unam, sed diversas poscere
: desiderare, jammodò ex Quercetano audivi-
nus.

315. Mirum verò iterumque mirum, si uni-
ersale maturativum ac resolutivum est tartarus
triolatus, si in omnibus morbis ac febribus
iranda præstat, si omnium viscerum omnibus
ostructionibus appropriatus est, si per omnia
nunctoria corpus repurgat, quale quid illi
rollius gratum acceptumque refert: quare aliā
irandarum febrium (periodicas, ut video, in- *Basil.*
lligit) rationem, quamquæ per tartarum vi- *Chymic.*
olatum instituitur, tradere ausus sit? Sive enim *p. 203.*
nercurialibus ortum ducat febris, sive sulfur
m accenderit, sive è sale exilierit, sive jecur eā
nceperit, sive ventriculus procrearit, nihil in-
rest tartari vitriolati, qui, ut Crollius perhi-
et, omnibus maturationibus, omnibus resolu-
onibus, morbis, febribus, visceribus, obstru-
ionibus, emunctorijsque omnibus præest, &c,
quid judico, ægrè molesteque feret, si in curâ
bris præteriri, negociumq; omne turpeto mi-
rali, panchymago, niveis antimonij floribus,
stis cochlearum calcinatis, oleo vitrioli, sali

absinthino, aquæ cichorij, ab eo præsertim committi, cujus præconijs ad tantum fastidium evectus sit.

316. Est tamen, quod pro Crollij excusatione afferri potest. Nam primò negavit, pleraque febres opus habere digestivo aut præparante. Etsi enim non inficias eas, febres & inflammationes gravioribus tincturis præditas æstuque ab ebullitione spirituum plus nimis feroces, non curari vel tutius vel commodius, quam per cócoctionem hypocraticam, per mitigationem paracelsicam, per epicrasin galenicam: Oblitus tamen est, quum negaret, plerasque febres digestivo aut præparante habere opus, ejusmodi inflammationes, graviores tincturas, æstus, ebullitiones, in plærisque febribus, etiam mercurialibus, sulfureis, salinis, obtingere: proindeque etiam tartari vitriolati oblitus, quem tamen etsi miranda præstare in febribus omnibus dicat, noluit tamen febribus mercurialibus, sulfureis, salinis adhibere, quia nempè aliud turn propotisma, alia cathartica, alia emetica, alia diuretica, alia diaphoretica ad manum erant, quæ, ceu vicarij, tartaro vitriolato succenturiabantur.

317. Nam, quod secundo loco considerari velim, expressissimè præcipit Crollius, morbos contumaces, biduum maturare per usum *Turpeti*, posteà primùm propinare antimonium. Mellitissimi hujus maturativi Beguinus non est recordatus, quando elegantissimas Crollij cautiones exscribebat. Scholiastes quoque

lib.2. Tyroc.c. 12.

ili-

illius, quum quatuor illis cautionibus, quas auctor suus enumerarat, ultimam regulam annumerandam censeret, eam, quæ Crollio penultima & septima est, sicco pede præterijt. Quâ, quæso de caussa? nisi quod ambo totâ mente animi abhorruerint à turpeti turpitudine, quæ tanta est, ut ipso Crollio teste, velut in præcedentibus diximus, ad refrænanda & compescenda ejus maleficia foris intusve opus sit alexiterijs, cardiacis, stomachicis, cephalicis, gargarismis, alijsque id genus mitigativis, quibus maturativi immaturi cruditas immitis resolvatur, destruatur, consumatur, concoquatur. Quid? quod ipse Crollius, non uti febrem maturet, sed ut materiam peccantem purgando removeat, febricitantibus offerre turpetum minerale: cujus quidem, ut & antimonij, virulentiam ac violentiam, quia superiùs ex abundanti perspeximus, nolumus hîc loci actum agere, sed *Panchymagogi* anatomian tum internam, tum externam diligenter excutiemus, ut quam temerè à veterum methodo tam in medicamẽtorum compositione, quàm compositorum administratione novatores resilierint, vivis ac domesticis exemplis palàm faciamus. Quanquam enim & hujus & illius rationem capite præcedente habuerimus, non tamen abs re fuerit, postquam panchymagogi mentio rursus incidit, quicquid id est medicamenti, ad illustrandam ac confirmandam Chymistarum, in curando & purgando amethodian, exactiùs contemplari. *In No. ad Beg. p. 244.*

318. Ex ijs, quæ de remediorum Chymicorum præstantiâ prolixè suprà disseruimus, liquidissimè constat, Chymicos in suis præparationibus nil nisi artificium profiteri ingeniosi anatomias, quâ utile ab inutili, venenum à mumiâ salutari, nucleus & medulla à corticibus putaminibus, siliquis, furfuribus, purum ab impuro, malignum ab alexipharmaco, corporeum à spirituali separetur, & subtilis quædam seu spiritualis natura cogatur, comprimaturque, in qua vis & effectus medicamenti propriè consistat, quam essentiam alibi vocauit Quercetanus, rei videlicet aut partem illam rei, in quâ vis potiss hæreat, ut quæ sit à terrestriori fæce depurata, crassisque exuta & materiatis partibus, quæ quantitatis & corporeæ molis potiùs quam substantiæ veræ complementum dent. Propterea enim eos non vereri remedia sua ceriviſiæ defæcatæ, vino à tartaro depurato, cibis à fæcibus sequestratis, pani purissimo, chylo sincerissimo, sanguini limpidissimo, jusculis consummatis, &c. assimilare, quod existiment, non minus in illis quàm hisce, factâ heterogenei ab homogeneo separatione, sordes, inquinamenta, maleficia secessisse, & in unum coijsse talem seu naturam seu essentiam, qualis & hisce comparari mereatur, & Quercetano penicillo jam modò delineata est. Atque eam porrò ob causam vituperare etiam vulgares præparationes, utpote quibus crudo cum maturo, assum cum elixo, purum cum sordido, limpidum cum turbido, liquidum cum crasso, salutare cum maligno, cor-

D.H.M. p. 80.

puss

us cum ſpiritu, heterogeneum cum homogeneo, ceu rudis quædam atque indigeſta moles, onfundatur. Hincque adeò factum, ut uſitaam pharmacopœan Beguinus cocis æquaparat ſtolidis & imperitis, qui carpiones felle ſuffuos non eluendos & mundificandos, ſed ſaccha melleve deliniendos & mulcendos eſſe cenrent, inteſtinaque animalium, nondum à ſterore repurgata, ſed ambrâ oleiſve odoriferis debuta, ollis vellent imponere, ut poſtmodùm in nensâ latrantem placarent ſtomachum. Hoc eim facere, qui antimonij, mercurij, utriuſque ellebori, omnium tithymali ſpecierum, pytyue, elaterij, colocynthidis, euphorbij, thapſiæ, cammonij, thymeleæ, ladipis lazuli & armenij, ris, ſcoriæ, ſandarachæ, &c. malignitatem non orporis heterogenei in ſuas partes anatomiâ, d conſuetâ maſtiches, dragacanthæ, ſpicæ, cinamomi, aut ſimilium additione perdomare alborent.

319. Hoc quoque capite præcedente ad oulum demonſtravimus, in Chymicorum præarationibus nihil minus quàm artificioſæ anaomias magiſterium, nihil magis quàm coci, quē eguinus nobis deſcripſit, tum ſtoliditatem tū nperitiam deprehendi. Inter alia produximus *Panchymagogon*, paradigma ſcilicet præparaonis non elegantis & ſubtilis, qualem Chynici jactant, ſed craſſæ cumprimis & rudis, quęue magis cocum Beguini deceat, quàm philoophum ingenioſæ ſeparationis artificium proeſſum.

320. Principiò enim quæro, quid in compositione faciant species diarrhodon abbatis, & diambræ? Annon quod in electuario antimoniali fecit theriace, nux myristica, cortices citri, coralia rubra, garyophylli, semina fœniculi & coriandri, syrupus cytoniorum? ut velut horum adjectione in electuario antimoniali malignitati antimonij obviam ire Crollius voluit, credibile omninò sit, eum speciebus diarrhodon abbatis & diambræ simili ratione voluisse, colocynthidos, hellebori, scammonij, elaterij, aliorumque id genus purgantiū maleficia refrænare. Firmant fidem olea cinnamomi, garyophyllorum, nucis moschatæ, tum perlæ & coralia, quibus massam suam refersit. Quorsum etiam scobs cranij humani referri potest, quod inter specifica cerebri corroborantia refertur, eam proculdubio ob causam cōpositioni importata, ne ulli nobilium viscerum deforet quo adversus purgantium violentiam communiretur.

321. Atqui verò hoc ipsum nihil aliud est, quam carpiones, amaro felle perfusos, aspersio saccharo aut melle edulcorare, fędaq; ac fœtida animalium intestina adoramentorum delicijs imbuere, & verū malignitatis perdomandæ modum negligere, qui nō magis in specierum diarrhodo abbatis & diambra, tum etiam oleorum stillatitiorum, & perlarum, coraliorum, ut & cranij humani, nec non salis proprij (quî de mox videbimus) quàm consuetâ mastiches, tragacanthæ, spicæ, cinnamomi, aut similium additione, Beguino quidem judice, consistit.

322. Ne-

322. Neque verò juvare Crollium extractio potest, quâ dicere possit, purgantium naturas se- in tantum exaltasse, perfecisse, essensificasse, & ad eam mediocritatis naturam (verba Begui- i sunt) reduxisse, ut qualitatibus malignis a- erruncatis, non tam de internecino hoste me- endum sit panchymagogo usuris, quàm e benigno hospite & morborum salutari ex- rpatore gratulandum, si in vitæ penetralia dmittantur. Hocnamque magis ex Crollio uæritur, si talia ex purgantibus efficiat extra- tio, cur non sinceris utatur extractis? Ad uid opus sit, illâ oleorum stillatitiorum, co- aliorum, perlarum, scobis ex cranio humano, pecierum aromaticarum, salis proprij conge- e ac coagmento? Dicat mihi quispiam, hoc- ine confundere sit, an separare? Si quod utile st, quod purum est, quod nucleus & medulla st, quod balsamus est & essentia, id ex pur- antibus extraxit, certè equidem inutile & su- erfluum est, furdes sunt & quisquiliæ, fæces, urfures, siliquæ, putamina, cortices, nugæ sunt, uicquid idem de oleis stillatitijs, de coralijs, erlis, de speciebus aromaticis, de cranio huma- o, deque sale nativo limpidissimis, defæcatissi- nis, depuratissimis, sincerissimisq; purgantium ssentijs superingessit.

323. Certè enim non eo pacto heterogene- m ab homogeneo secernitur, sed cum homo- eneo in unũ cogitur chaos, quod ab una parte rudum est, ab alterâ coctum: ab unâ parte e- ixum, ab alterâ assum: denique ab unâ parte pur-

purgans,ab alterâ purgationem inhibens. Cruda equidem est panchymagogi utriusque compositio,ab ea parte,quæ perlas, coralia, rasuram cranij humani, trochiscos alhãdal, diagridium agaricum,trochiscatum,aloën epaticam,pulverem glycirrhizæ recipit. Ab eâ verò parte,quam extractioni debet,cocta satis, & nisi fallor, plus nimis. Quoniam ipse Crollius non it inficias extractione atteri vim rerum purgatricem. Cocta etiam censeri potest ab eâ parte,quâ oleis imbuitur aromaticis; quæ quidem olea aromatica ab elixatione non minus quàm extracta habent quod sint. Non absunt ab elixis assa,non minus profectò,quam ab oleo sal. Hunc enim si non assatio,certè superassatio produxit, genius verò coci ejus,quem Beguinus depinxit, panchymagogo induxit.

In Not. ad Beg. p. 195. 324. Revera enim non nisi numerum in hoc ipso implere,Gluckradij verba testantur: Im extractis,inquit,purgantibus admistionem salium propriorum improbamus, cum salia potius adstringant quàm purgent. Hoc verò non tantum Crollius audiat,verum etiam Quercetan. *D. H. M. p. 225.* qui salem pro universali lixivio habuit,quo corpus humanum,ab omnibus prope morbis, tanquam catholico remedio liberetur. Nimirum salibus purgativis parum tribuit scholiastes Beguini: Quod eò minus mirũ mihi videtur, quoniam ipsum etiam Quercetanum suprà audierimus,quamvis purgandi vim sali suo unicè gratam acceptamque referret, non tamen sali fidere ausum,in spiritu tandem antimoniali, in mer-

mercuriali & arsenicali placidè & securè acquivisse. Itaque licuit Gluckradio impotentiam illis in purgando notare, quam ne quidem ipse Quercetanus dissimulavit: Licuit illi affirmare & hoc, quod in extractis sæpè vis purgatrix debilitetur, ut non rarò purgantia quædam in substantiâ in praxi addere soleamus. *In Not. ad Beg. p. 194*

325. Neque enim ipse hoc Crollius diffiteri vel voluit vel potuit: Quercetano licet contrarium suadente, atque in tantum extractiones atque essentias suas dilaudante, ut eas clamitet in eam tenuitatem & puritatem adductas esse, quæ promptiùs propriam exerceant actionem, quàm quæ crassiora & impura sunt: Galeni quin etiam testimonium citet, affirmâtis, ea quæ parvam sortita sint molem corpoream, magis agere, quàm quę magnam, proindeque suam essentiarum extractionem ad cœlum usque extollat, utpote quâtum ista omnia præstentur; permanente tamen propriâ purgandi humoris facultate in medicaméto, tum quod eò validius reddatur medicamentum, qui videlicet terra vel fæx inutilis ex ipso separatur, & admistis suis proprijs menstruis & correctiuis qualitas omnis maligna adimitur. *D.H.M. pag. 80. Lib. de med. Spagir. præp. pag. 128. 1. Simpl. cap. 11.*

326. Apertis verbis & ipso facto Crollius Quercetano contradicit: quia affirmans, extractione vires rerum purgatrices debilitari & imminui, proptereaq; eorum consilio morem gerens, qui cruda purgantia extractis pari pondere inferciunt, negat simul hoc, quod extractiones & essentiæ, quanuis ad summam tenuitatem &

pu-

puritatem adductæ sint, promptius semper pro-priam exerceant actionem, quam quæ crassa & impura sunt: negat simul & hoc, quod extractiones atque essentiæ purgantium minore dosi officium suum faciant, quam quæ cruda sunt, tum etiam & hoc negat, quod propria purgandi humoris facultas in medicamento permaneat. Quod si namque separatione terræ vel fæcis inutilis validius reddi medicamentum seriò credidisset Crollius, ad quid opus erat trochiscis alhandal, diagridio, agarico, trochiscato, aloë epatica? quorum admixtione purissimas rerum essentias & balsama limpidissima frustrâ coinquinasset, nisi cognitum exploratumq; habuisset, purgantia extractione plus virium perdere quàm acquirere.

Gluckrad. pag.192.

327. Neque est, quod culpam hanc menstruo extrahenti imputare Beguini scholastes velit: Qualecunque enim menstruum exhibeas, plus minusve detrimenti capiet vis cathartica, quæ in crudis partibus exsultat & triumphat, coctione languescit & exsolvitur, sive in liquore sulfureo, qualis est vini spiritus, purgantia excoquas; sive mercurialis magis placeat, utpote hydromel vinosum, vinum canariæ, serum lactis, aquæ pomorum redolentium, betonicæ, fœniculi, endiviæ, anisi, rosarum, ulmariæ, cardui benedicti, fumi terræ, & similium, aspersis aliquot olei tartari guttulis quisque factus acrior: Nullus horum enervat cathartica, sed digestione seu coctione torpescunt omnes & fathiscunt.

328. Quam-

328. Quamobrem nihil absurdi diximus, [illegible]num diximus, panchymagogon Crollianum [illegible]haos esse, ab unà parte purgans, ab alterâ pur[illegible]tionem inhibens. Sive enim méstruum extra[illegible]ens, ut Gluckrad. vult, sive ipsa extractio, quod [illegible]os malumus, vim purgantium exsolvat, possu[illegible]us ex abundanti rationem dicti reddere: Ad[illegible]c verò magis, si correctiva cōsideremus, quo[illegible]m admixtu qualitatem omnem malignam ad[illegible]nptum iri Quercetanus existimat.

329. Nam, quod malignæ qualitatis adem[illegible]ionem attinet, eam quidem non consistere in [illegible]i cuiquam additione, sed in veneni ab alexi[illegible]armaco separatione, satis superque hactenus [illegible] Beguino didicimus: Illa verò correctoria, [illegible]æ Crollius pāchymagogo suo adhibuit & im[illegible]scuit, non facilitant neq; felicitant purgatio[illegible], sed magis magisq; sistunt & expediunt, siqui[illegible] Quercetano habenda fides, qui fœcem sive [illegible]rram in Spagiricâ pharmacopœâ tanquā mor[illegible]ā & nocivam ab essentiâ purgatrice separandā [illegible]cet, quod propter crassitiem tunicis ventricu[illegible] adhærens, ipsum multum offendat. p. 128.

330. Hanc verò seu fæcem seu terrā Crollius [illegible]nchymagogo imīscet, quando coralia & per[illegible] immiscet, quæ Beguinus prodidit, nullas ali[illegible] in corpore humano vires exserere, nisi quod lib. 1. cap. 1. [illegible]ntriculum incrustent, eumque alias langui[illegible]m magis enervent: Hujus ejusdem farinæ [illegible]bitror ego & limaturam cranij humani esse, [illegible], nisi me Gluckradius fallit, olea et[illegible]n stillatitia, quæ ventriculum conviscare pag. 291.

eique

eique adhærere, author est non futilis. Ac tr
chiscorum alhandal, diagridij, agarici trochisc
ti, aloës denique epaticę cruditas in confesso e
neque enim eorum alicui beneficium ingenio
atque artificiosæ anatomias exhibitum fuisse
quisquam artificum nostrûm asseveraverit. Na
illa quoque scammonij præparatio; quam ge
mino modo Crollius adornavit; Galenismu
sapit, qui correctionem additione magis qua
separatione instituit, ut nulli magis, quàm Cro
lio iniquior fuerit Beguinus, quando carpiorn
suos & intestina animalium, denique & cocu
introduxit, Galenicisque objecit.

331. Illi verò, quibus nihil nisi quod ex ti
rocinio Chymico, quod ex Chymicâ basilica
quod ex Spagirico Quercetani violario depr
ptum est, placet, videant atque pervideant, qu
admodum novatorum corruptelis, inquinati
nibus, defędationibus, medicamentorum nat
ræ, non quidem, ut novatores satagunt & jacta
exaltentur, perficiantur, essensificentur; sed m
rum miserumque in modum; veluti ex ipsis n
vatorum scriptis clarè ac perspicuè docuimu
im mutentur, destruantur, pervertantur.

332. Proinde nemo me interroget, an p
panchymagogo habeã, quod panchymagogi
tulo insignitum Crollius in proscenium thera
peuticum extrusit. Est enim ex dictis parata
sponsio: Neque etiam animo excidit, digest
vum universale; quod fortassis non magis
mnia digeret, quam omnia exhauriet panch
magogon.

333. A

333 Andernacus ex colocynthide, turbith, garico, veratro, eupatorio, ſenâ, diagridio, rha-arbaro, aloë, ſpeciebus diambræ, ſpiritu vini, a-uâ cinnamomi, ſimilem panchymagogo Crol-ano maſſam confecit, quæ *Holagogi* titulum in harmacopœâ auguſtanâ præ ſe fert, judicium nedicorum auguſtanorum ejuſmodi: Generale ſt medicamentum, cunctos in univerſum hu-nores valenter à remotis partibus evocans & xpurgans febribus tamen continuis, ac morbis cutis hautquaquam ſecurum.

334. Atqui verò illud demum catholicum ſt, quod omnes æquabiliter humores (verba int Fernelij) blãdè ac leniter è quavis corporis articulâ deducit & expurgat, ſive cũ febre, ſive ne febre nec pueris, nec ſenibus, nec prægnan-bus infenſum: quale quid de colocynthiacis, e ſcamoniatis, de helleboratis, deq; alijs id ge-us ſive panchymagogis ſive holagogis non ma-s dici poteſt, quam de tartaro vitriolato, quod universale ſeu maturativum ſeu digeſtivum. *Lib. 7. meth. ſect. de comp. purg.*

335. Gluckrad. certè in curâ quartanæ craſsã ptionem Galenicam, ſubtiliſſimis tum Crollij m Beguini panchymagogis, atq; alijs quibus-bet holagogis longè lateq; antetulit. Ac, ut ve-fatear, non magnifecit iſtiuſmodi ecchymo-s, non tantum quia purgantibus quibuſdam in bſtantiâ non rarò exacuendæ ſint, verùm et-m, quia menſtruo minimè idoneo perfician-r: addo, ut plurimum neglectâ prorſus ratione oportionis, quâ purgantia compoſitionem grediuntur. Quod vel ex ſolo innoteſcit rha- *In not. p. 199. 200.* *pag. 194.* *pag. 192.*

barbaro, cujus ternæ drachmæ Crollianũ pan-chymagogon ingrediũtur, pro quibus in suo pan-chymagogo tantundẽ Beguinus substituit, quã-tum de senâ recipit, tum hujus tum illius pan-chymagogon. Dicat Crollius, quid in tantâ cõ-positione possit tantillum rhabarbari? Fortè, im-quam ego, non plus, quàm in educendis omni-bus humoribus panchymagogon ipsum.

336. Nam ut ab hoc tandem ad febrem no-stram redeam, à quâ paulisper me digredi coëgit panchymagogi consideratio, quis non vel in le-vissimâ quaque febriculâ suspectum habeat tale purgans, quod colocynthiacis, scammoniatis, helleboratisque viribus ferox, præsertim absque ullâ vel humorum vel corporis præparatione ex-hibitum, humores noxios non vacuare & edu-cere, sed exacerbare atq; agitare, viscerũ obstru-ctiones, æstum & squalorem non corrigere sed exasperare, febrem denique non ex ratione sa-nare sed concitatâ intus temerariâ seditione irri-tare aptum natum sit?

337. Egregia verò cætera etiam è testis coch-learum calcinatis, exque oleo vitrioli & sale ab-sinthij concinnata Antifebritica: per quæ, in ipsâ paroxysmi invasione, Crollius ad immaturas at-que intempestivas sudationes porro cogit ægro-tos, prorsus magistrali, &, ut ipse minime reticet, prorsus Paracelsico more ac modo. Nam Cous quidem senex, veluti concocta nõ cruda medi-cari, & talia, qualia oportet, purgare, siquidẽ eu-phoria & conferentia subsequi debeat, præcipit: ita non minus vetat movere quicquam, quando

natu-

atura movet, sed sinere jubet & quiescere. Alioquin enim nõ eradicantur febres, sed magno errore & damno inæstimabili duplicantur, triplicantur, efferantur, & ex interpolatis transmutantur in continuas, ex humoralibus in hecticas degenerant.

338. Nisi fortè Crollius paroxysmum febrium non habeat pro motu naturæ, quo materiæ morbificæ portionem aliquantam natura cõcoquat & excutiat. Namq; & complices ejus vidi, paroxysmũ laudanis opiatis stitisse atq; inhibuisse, hocq; pacto quartanæ etiam curationẽ ægrotis magno precio, majoribus pollicitis, maxima tum calamitate tum infamiâ vendidisse. Neque tamẽ Crollius à laudano in curatione febris abhorret, easq; febres, quæ ex jocinore oriuntur, & sitim gravissimam excitant, curari per laudanum scribit: curatione, ita me Deus amet, tam omninò, qualis coci illius, quem Beguinus depinxit, tum peritia tum prudentia foret, qui carbones felle suffusos saccharo & melle edulcaret, ac impura intestina aromatis atque odoramentis perfumaret.

339. Non sunt melioris notæ & Crollij coralliata. Quia de ijs judicium fieri facilè ex ijs potest, quæ de sale magisterio seu solutione margaritarum ex Cratone capite præcedente attulimus. Quanquam n. Crollius salem coraliorũ ijs ditat dotibus, ut minimè erubescat asserere, quod sanguinem totius corporis purificet & renovet, atque ob id omnes ægritudines ex corrupto sanguine oriundas, brevi tempore tollat, corpore quasi redintegrato, & recuperata de integro

ſanitate priſtinâ: quod putredinem tollat, co confortet, & ſpiritus vitales corroboret, nec no ſtomachum recreet, & nativum calorem inſtau ret, quod omnes principũ partium obſtructio nes expediat: Veriora tamen ſunt, & ſali coral liorum convenientiora, quæ de margaritarum præparatione Spagirica Crato nos edocuit, & ratio ipſa confirmat. Quoniam id genus pul viſculi ex corallijs, ex teſtis cochlearum calcina tis, ex ſale abſinthij vitriolato, concinnati, ob vim ſummoperè cauſticam & corroſivam no poſſunt auram beneficentiorem adſpirare febri citantibus, quam ventriculo Epiſcopi Vratisla vienſis & conjugi Marchionis Ioannis de Cra tonis teſtimonio, adſpiraverunt.

340. Vnde cognoſcere poſſimus, eſſentij ac balſamis Chymicorum non minus corpor humana, immutari, deſtrui, ac perverti, quam præparationibus eorundem, Gluckradio qui dem judice, immutentur, deſtruantur ac perver tantur medicamentorum naturæ: Adeoque ni hil miri, ſi pro confortatione marcorem, tabem cariem, putrilaginem inducant, humoreſq; no maturẽt, ſed crudeſcere faciant, eoſque non di gerant ſed efferent & exacerbent, agitent, quin etiam & præcipitent, neutiquam purgent & e vacuent, eum denique in modum ſeſe ab omni parte gerant, quâ nihil ab Hippocraticâ & Ga lenicâ methodo alienius fieri dicive poſſit.

341. Neque verò Chymici ipſi multum re pugnant, ſeſe methodo Galenicæ & Hippocra ticæ renũciaſſe, introducto nimirum novo me den-

endi principio, quo non contraria contrarijs ommittuntur, ſed ſimilibus expugnatur morus. Hinc enim factum opinor, ut Crollius tantopere in febribus commendarit tartarum vitriolatum, ad abſinthij vitriolatum, corallina, ochlearum toſtas ſpiritu aceti inſuccatas, oleũ ccini, flores ſulfuris, aquam theriacalem: ut agiſterium perlarum hecticæ mederi ſcripſet & ariduræ, tabi, marcori, maraſmo, humoréque vitalem confortare: ut elixir proprietatis ecticis & phthiſicis dicârit, morbiſque non mius calidis quàm frigidis; ut lac ſulfureum imulſerit hecticis, tabidis, emaciatis, emacratis, umido nativo defectis: vt flores ſulfuris non ntum in omnibus febribus, verùm etiam apoematis quibuſcunq; in peripneumoniâ, pleutide, phthiſi, & hecticâ, ceu phidiæ quoddam gnum ſuſtulerit.

342. Quum enim Quercetanus præcipiat, eodem fonte & eadem familiâ remedia ſimi- *D.H.M.* a & conſentanea porrigere: quid quæſo magis *pag.* 298. mile magis conſentaneum eſt morbo calido, am quod calefacit, morbo ſicco, quàm quod ſiccat? Quod ſi namque prout idem docet, media ſimilia ex eâdẽ naturæ anatomiâ haunda ſunt, continentia, proprietates, virtutes, ncturas, & radices ſimiles: certè nõ potuit mors comemoratis Crollius remedia ſimiliora apicare. Et, quia medendi ratio, Quercetani ju- *D.H.M.* cio, nequaquam in calefactione aut refrige- 297. tione, humectatione aut exſiccatione, non in ſterſione, inciſione, attenuatione, & id genus

alijs Galeno nimium tritis & familiaribus con-
Præf. in basilic. sect. 4. sistat, quin potiùs, siquidem Crollio credimus
istiusmodi curationum ideæ, infelice & damna-
bili cum errore à Galeno invectæ sint: quis non
inposterum calidis calida, humidis humida, fri-
gidis frigida, siccis sicca, tenuibus attenuantia,
crassis incrassantia, viscidis inviscantia, adhibere
maluerit, quam calidis frigida, frigidis calida,
siccis humida, humidis sicca, tenuibus incras-
santia, crassis attenuantia, viscidis incidentia op-
ponere?

343. Nec verò cujusquam momenti est con-
Def. herm. med. circa finem. ciliatio Quercetani, qua contrarium dogmati-
cum cum simili hermetico, & simile hermetico
cum contrario dogmatico, in gratiam reducere
conatur. Hæc enim duo inuicem reconciliare
nihil profectò aliud est, quàm indicationes cu-
rativas cum conservativis, & vicissim has cum il-
lis turpiter confundere: id quod & Quercetanus
toto illo postremo capite defensionis hermetic-
medicinæ gnaviter præstitisse, vel tyrones medi-
cinæ dogmaticæ animadverterint.

344. Multo minus assensum Crollius mere-
retur, negans, effectũ naturalem subsequi, si cõ-
traria contrarijs applicentur. Verum equidẽ est,
ubi non sit vera actio & passio, ibi nec effectum
emergere. At negare, contraria in se agere mu-
tuò & abs se invicem pati, ejus interest negare,
qui ipsam rerum naturam non aliter evertere
velit, atq; Gigantes olim cœlum. Et nos quoque
istiusmodi Gigantes in Hermetis filijs, in Chy-
miç pullis, & Thessalicâ progenie vidimus.

345. S

345. Dogmatici autem quando frigidis admovent, quæ calefaciunt, calidis quæ refrigerãt, aridis quæ humectant, humidis quæ arefaciunt, ipsis naturæ vestigijs insistunt, & ex eodem fonte ex eadem familiâ remedia similia & consentanea porrigunt, hauriuntque ex eadem naturæ anatomiâ, quæ proprietates, virtutes, tincturas, & radices similes continent. Nam & cõtraria sub eodem genere sunt: Calorque non siccitati aut humiditati, sed uni frigori adversatur. Quemadmodum frigus solum calorem, humiditas solam siccitatem, siccitas solam humiditatem, ratâ inter se ac statâ concordiâ, discordibus licet studiis, respiciunt.

346. Quarum quidem qualitatum neglectu, ac contemptu, quantoperè universam tum physiologian tum therapeuticen deformarint Chymici defœdarint ac perturbarint, nos bonâ fide ex eorundem scriptis demonstrauimus. Nec quicquam jam restat amplius, nisi id pensi habere, ut ultimo loco liqueat, nullam nos iniuriam fecisse Chymistis seu Hermeticis, affirmantes, quod Thessalus in ijs revixerit.

Capvt XVII.

Chymistarum cum Thessalo & Thessali cum Chymistis comparatio.

347. Qvum duo in arte nostrâ Thessali reperiantur: Vnus, quem Hippocrates progenuit; Alter quem Galenus castigavit: vtrîbam comparare, quem ego resuscitavi debeam,

id verò ipsum haut obscurè in primo statim hujus disquisitionis vestibulo significavi. Iamque confecto opere liquidò constare arbitror, Chymicos nostros nequaquam sequi exemplũ Thessali Hippocratici, quem ceu doctrinæ paternæ strenuum sectatorem exactumque æmulatorem Galenus vehementer dilaudat, sed potius videri ex scholâ prodijsse jatrocinis illius, qui Galeno dicitur dictaturam in medicinâ affectasse, inque corpora exercuisse tyrannidem. Sive enim theoriam Chymicorum, sive praxin attentiùs contueamur, in propatulo erit, Thessalum posteriorem revera in ijs ἀναβιῶναι.

Comm. in lib. de nat. hum.
Comm. in 3. de morb. vulg.
l. 1. meth. c. 2.

348. Hunc Galenus author est, minime erubuisse principia Hippocratica, quæ neque Platonici, neque Stoici, neque Peripatetici improbarint, sed unanimi quasi consensu sine ulla dubitatione receperint, ac neq; rata tantùm verùm etiam sacrosancta habuerint, evertere funditùs & proculcare. Et quid aliud Chymici agunt, nisi ut ignis, aër, aqua, terra vapulent, eorumque δυνάμεις & facultates annihilentur, & ceu inutiles quisquiliæ è rerum theatro everrantur: Contra verò mercurius, sulfur, sal vacuâ elementorum dominentur in aulâ.

l. cont. Iulian. c. 4. 1. meth. c. 2. 3. 7. meth. cap. 7.

349. Concusso fundamento hoc, nihil superest nisi ut universa etiam medendi ratio unâ corruat. Quum enim dexter curandi usus tali planè methodo procedat, ut omnium medicamentorum usus ad calidum, frigidum, humidũ, & siccum veluti ad normas referatur: Profectò non potest non enormis planeque amethodos

Gal. 6. meth. c. 2.

co-

rum processus reputari, qui factâ calidi & frigidi, humidi & sicci mentione, nomina balneatoribus quàm medicis convenientiora aut irritant aut increpant: ijdemque non melius methodum tractare nosse censeri debent, quàm amethodi Thessali asseclæ, quos corporum elementa aut prorsus non investigasse, aut alia quã omnibus antiquis philosophis & medicis cõprehensa sint, posuisse, Galenus non parùm indignatur. *2. Meth. cap. 5. 7. meth. cap. 4. 3. de sanit. tuendâ cap. 13. 6. meth. cap. 4. & passim.*

350. Proindeque eodem jure ijsdem meritò methodum profitentur, quo quibusve Thessali amethodi: quos nomen duntaxat nudum intelligere, omnis effectûs vacuum seriò ac graviter Galenus judicavit. Quamvis enim Thessali instar glorientur, omnes qui ante se fuerint medicos, nihil utile prodidisse vel ad sanitatem tuendam, vel morbos propulsandos, imo noxia præcepta tradidisse, adeoque omnes penè medicos contumelijs aspergant, licentiâ insuper sibi sumptâ, novam condendi sectam, quæ sola vera sit: Puto tamen aptiùs in eos quadrare illud Galeni, quo Thessalios proclamavit pejores empiricis, perditos sophistas, deteriores ipsoque ipso vulgo, quantum quidem ad artis opera attinet: at abjecto pudore texendis aduersus optimos medicos prolixis nugis exercitatos: item, quo pronũciavit, Thessalios quum omnium ipsi medicorum sint à methodo maximè alieni, damnare non solum reliquos veteres, sed ipsum omnium nobis methodorum authorem Hippocratem, quem solum suo tempore *3. meth. c. 7. 1. meth. c. 2. 4. meth. cap. 4. l. cont. Iulian. 5. meth. cap. 10.*

ſciviſſe medicinam Avenzoar publico elog[...] conteſtatus eſt.

351. Neque verò aliter fieri poterat, quu[...] indicationib. loco pulſis Theſſalici quidē co[...] munitates ſuas, Chymici verò noſtri ſignatu[...] ſeu ſimilitudines ſubſtituerent ac introducere[...] Quæ quidem ſignaturæ & ſimilitudines tanti [...] minò faciendæ ſunt, quanti ipſæ communit[...]

4.meth.4. tes, quoniam, Galeno docente, præter rationem

5. meth. 10. & experientiā, tertium, quod indicetur, neq;

l. de curā- aliâ quapiā arte neq; in ullâ vitæ parte quiſq[...]

randi rat. habeat, adeoque nullum inventionis organu[...]

per ſang. tertium præterea exiſtat. Verum utrique, q[...]

miſſ. ca. 3. rationi & experientiæ ſemel valedixerant, exc[...] gitarunt deinceps, quod neq; cum ratione ne[...] cum experientiâ cōgruit: Cujus fructus non [...] niſi cum calamitate humanâ conjunctus.

352. Ex quo illud conſequitur, tabeſcere [...] lectis horum causâ homines, qui ſtatim ſecund[...] die explicari potuiſſent, quemadmodum Gal[...]

4. meth. 4. nus loquitur, adeoque quod ſtatim is ſubiung[...] illos ſemper homines in morbis tabefacere, [...] quibus utique facilè poſſent liberari, quum ce[...] tum ſit, non aliter in ſuis medicationibus ſeſe ge[...] rere Chymicos, quàm vel in ulcerum, quę cacc[...]

4. meth. 4. ëthe dicuntur, ſanatione, vel in nervi punctu[...]

6. meth. 2. Theſſalus, Theſſalique ſequax Attalus in curar[...] do Theagene cynico philoſopho inflammatio[...]

13. meth. 15. ne jocinoris laborante, alius in profligandâ co[...]

1. Simpl. 27. ram Galeno podagrâ, itemque in affectu auri[...] averruncando ſimilis Theſſali ſectator, viriti[...]

5. meth. 10. ſeſe geſſerint. Imò verò atrocius longè Chym[...]

cco[...]

-s in corpora humana grassari, quam qui tri-
-anâ inediâ quondam excarnificabant ægro-
-s.

353. Et miretur adhuc quispiam, numero 13. meth. c. 18.
-omprehendi non posse, quot quotidiè, qui in 6. meth. c. 2.
-eonias istorum manus inciderint, pereant & 3. meth. c. 6.
-gulentur? Id verè Thessalicum est, omnes unâ lib. de marcor. c. 2.
-tione curare, & putare, omne vulnus eandem l. de Decoro
-rationem requirere, unam omni particulæ
-ngruere medicinam: immortalitatem seu age-
-sian hominibus pollicitari. Hoc verè Hippo-
-aticum, & sapientiam ad medicinam traduce-
-, & medicinam ad sapientiam. ἰατρὸς γὰρ φι-
-σοφος ἰσόθεος. Contra verò

Infamia sunt naufragii amplustria diri, I. C. Scaliger. l. 3. Epidorp.
Sunt quisquiliæ, cantio salga mariorum,
Quasi visceribus, iudiciis hernia ruptis,
Quæ fert medicus, philosophi parùm renidens.

SOLI DEO GLORIA.

ANA-

ANATOMIA
FERMENTATIONIS
Platonicæ,

Apodictica & Paradoxologa.

I. C. SCALIGER
in Heroibus.

DIc Plato, quid enim frustra mea carmina tentent
Astra subire notis aurea facta tuis?
n nostrum est: non ulla tuum mortalibus ausis
Ingenium & linguam lingua referre queat.
e tibi precium solus: tu mea tibi ipsi:
Teq́ alius nisi tu dicere nemo potest.



CL. VIRO,
HERMANNO CONRINGIO
Philosopho & Medico elegantissimo,
Naturalis philosophiæ in inclyta
Juliâ Professori pu-
blico;

Fautori & amico pl. honorando.

S. P. D.



Ccipe, eruditissime Conringi, quæ super fermentatione venerunt mihi in mentem. In quibus si vel Scaligeri acumen, vel Cæsalpini pondus, vel Zabarellæ methodum, vel Fernelij facūdiam, vel tuam, ô amice, dexteritatem atque amœnitatem desideraveris, profectò haut scribam dicam. Tantum enim abest, ut ea putem, judicijs emunctioribus satisfacere posse, ut ipse quoque valde verear, ne onerarim potiùs quam honorarim philosophiæ avum. Nec tu miraberis, si aliquid vitij ab ipso argumento traxerit conscia fermenti scriptiuncula, dum dum maturum extundere succum satago, illa interim plurimum crudæ spumæ bullarumque inanium conceperit. Vides inveteratas opiniones destrui, novas condi, atque ijs etiam contradici nominibus, quorum & authoritas pro lege, &

voc

x pro oraculo esse debuerat. Inde facilè fieri
sse, ut quantùm studio veritatis posthabita
it venerabilis alioquin antiquitas, tantum se-
m vanitatis portet suspecta ubique novitas;
amsi pro duce experientiam, rationem pro
isore inprimis mihi elegerim. Veruntamen,
idquid id est, tuum est, seu laude quicquam
vituperio dignum præstiti. Etsi enim one-
impositi culpa tua est, id omne votivâ dedi-
tione in te transfero, ut non alius sit labor
eus, quàm cujus hortatu atque impulsu est su-
ptus. Nec displicebit tibi conatus, siquidem
ectus fortasse expectationi tuæ minus respō-
at. Namque & Aristoteles noster in primo
undi metaphysicorum non solum illis agen-
s esse gratias censuit, quorum opinionibus
is acquiescet, sed & illis, qui superficietenus
xerunt: Conferre enim aliquid etiam istos,
bitum namque nostrum exercuisse. Ego verò
c grates nec gratias desidero, solâ contentus
niâ, si eam mereri possit, non inanis gloriolæ
cupium, à quo scis quantoperè adhorream,
l solidæ scientiæ, ad quam unicè me adspirare
eor, desiderium, potiorq; rerum cognoscen-
rum cura quàm orationis elaboratæ. Sufficit
hi, si rem acu non tango, fungi vice cotis, &
ionibus si non veris, vero tamen similibus
genia naturæ studiosa exacuere ad accuratio-
m rerum contemplationem, quæ inter oculos
bis, interque manus versantur. Nam negle-
am styli nitorem ipsa facile argumenti asperi-
s excusabit: De quo, si quæ forsan haut ineptè
sen-

ſentio, rectè queant intelligi, non minus m
officio meo abundè perfunctus videbor, qui
maximum opellæ qualiſcunque præmium co
ſequutus, quum te, Clariſſime Conringi, co
nôvero, pro pignore eam habere ac monume
to, quod amorem tibi meum certò firmiterq
obſignarit. Vale Dab. Oldenburgo. K
Quinct, anno æræ Chriſtianæ cIↃIↃcxxxII

T.

Billichius.

Text

Textus Platonicus.

Τῶν δὲ αὐτῶν προλελεπτυσμένων μὲν ὑπὸ σηπέδονος, εἰς δὲ τὰς στενὰς φλέβας ἐνδυομένων, καὶ τοῖς ἐνοῦσιν αὐτόθι μέρεσι γεώδεσι, καὶ ὅσα ἀέρος συμμετρίαν ἔχοντα, ὥστε κινησοῦντα περὶ ἄλληλα κυκᾶσθαι, κυκώμενα δὲ περιπίπτειν τε, καὶ εἰς ἕτερα ἐνδυόμενα, ἕτερα κοῖλα, ἀπεργάζεσθαι, περιτεινόμενα τοῖς εἰσιοῦσιν· ἃ δὴ, νοτίδος περὶ ἀέρα κοίλης περιταθείσης, τοτὲ μὲν γεώδοις, τοτὲ δὲ καὶ καθαρᾶς, νοτερὰ ἀγγεῖα ἀέρος ὕδατα κοῖλα περιφερῆ τε γενέσθαι. καὶ τὰ μὲν τῆς καθαρᾶς διαφαίνεις περιστῆναι, κληθεῖσας ὄνομα πομφόλυγας. τὰ δὲ τῆς γεώδοις, ὁμοῦ κινουμένης καὶ αἰρομένης, ζέσιν τε καὶ ζύμωσιν ἐπίκλην κληθῆναι. τὸ δὲ τούτων αἴτιον τῶν παθημάτων, ὀξὺ προσρηθῆναι.

Versio

Marsilij Ficini.

QVANDOQVE verò hæc eadem ex putredine attenuata, angustas venas ingrediuntur, coguntúrque partes interiores tam terrenas quam quodammodo aëreas iactatas invicem commisceri, permixtasque circumlabi alias, & alias ingredi, ingressuque suo penitratas, concauas, tensasque efficere, ubi concavus & ampullosus humor aëri circumfunditur, isque humor aliàs terreus quoquomodo est, aliàs purus, fitq; ex aquâ concauâ vasculum aëris humidum atq; clarum. Sed quod ex pura nascitur aquâ, perlu-

cet vndiquaq́ue ampullaq́ue vocatur. Quod au-
tem ex lutulento magis humore simul agita-
quidem elatoq́ue & circumtenso conficitur,
bullitio, bulla, fermentumq́ue dicitur, harum o-
mnium passionum causa acida qualitas appel-
latur.

Versio
Iani Cornarii.

CÆterum ubi hęc ipsa præattenuata quidem
sunt à putredine, verum in angustas ven[ ]
& partes, quæ isthîc insunt terrestres, itemq́[ ]
eas, quæ moderatum aërem habent, ingrediu[ ]
tur, ita ut motu suo efficiant, ut illæ inter se m[ ]
sceantur: dum autem miscentur, inter se obv[ ]
vantur, & in alias ingredientes, alias cavas e[ ]
ciant, his quæ ingressa sunt circumtensas, nim[ ]
rum humiditate circum aërem cavâ circumte[ ]
sâ, aliquando purâ, quo humida vasa aëris,
quæ cavæ ac rotundæ fiant: & quæ quidem
purâ humiditate sunt, pellucida consistant, b[ ]
larum nomine appellata: quæ vero ex terre[ ]
quæ simul movetur ac elevatur, ebullitionis
fermentationis nomine cognominentur: H[ ]
rum affectionum causa aciditas appellatur.

CAPITA ANATOMIAS.

I.

Procemion.

II.

Fermentationis notio traditur & explicatur.

III. F[ ]

III.

Fermentationis πρῶτον δεκτικὸν investigatur.

IV.

Putredo removetur tum à fermento tum à fermentationis definitione.

V.

Falli docet Galenum ac fallere, quando ex putredine vini derivavit natales aceti.

VI.

Ex anatomia vini demonstratur vera aceti prosapia.

VII.

Vis aceti in fermentatione.

IIX.

Aciditas non est causa fermentationis.

IX.


Vera fermentationis causa ex Platone eruitur & adstruitur.

X.

Fermentationis definitio construitur.

XI.

Epilogus.



ANATOMIA

Fermentationis Platonicæ.

CAPVT I.

Proœmion.

I.



Ccasione eorum, quæ de aquarum flammiferarum origine, deque a... ceti natalibus strictim cursimqu... in plantarum anatomiâ disseru... magnum animus impetum cœpi... altiùs sese in naturæ abyssum immergendi; u... abstrusum fermentationis mysterium, si quâ ra... tione posset, expiscaretur. Stimulum cumpri... mis Plato subdidit, qui primus, quod sciam, qui... fermentatio sit, exponere ausus, plus difficultat... reliquit, quàm sustulit. Extat in Timæo locus... qui mentem hactenus manumque meam exer... cuit ac fatigavit, plenus obscuritatum, plurimi... involutus perplexitatibus, quem in frontispicio... collocavi, ceu fundamentum quoddam, cui uni... versa de fermentatione commentatiuncula de... inceps superstruatur.

II.

Non deerit nobis ipse Plato: sed in hac cali... gine palpitantibus, haut invitus præferet facem... filumq; Ariadnéum porriget, cujus ductu inex... tricabilibus mæandris tutò & inferre pedem &... efferr...

fferre liceat. Democritum quondam Hippocrates offendit, inter crebra animalium cadavera desidentem, visceraque dissectarum ferarum ttentis oculis rimantem, quo bilis sedem naturamque inquireret. Hoc verò est, membratim s velut victimam dividere, quod in regno seu ro civili Plato & dixit & fecit, quando artium onfusam turbam digessit redegitque in ordinē. a nimirum clavis est, quâ reconditioris philophiæ sanctuaria reseravit, ut & in Phædro ma- cocis assimilârit, qui malè dividerent, partesque non separarent sed confringerent.

III.

Quanquam enim methodi divisivæ in apoxi vim atque efficaciam magnoperè Aristote- ejusq; interpres oculatissimus Iacobus Zarabella extenuarint: Si tamen ad liquidissimū is jubar connivere potuerint oculi plus quàm uilini, id non tam imitandum nobis, quam mirandum censuerim. Licuit Aristoteli vilindere anatomen scientificam, etiamsi hujus ius ope atque ministerio & principia rerum uralium investigârit, prætereà & motum, lo- n, tempus cognoverit, atque etiam ad æternū otorem felicibus ingenij alis subuolarit, denie alia pleraq; suæ philosophiæ dogmata conerit. Licebit, opinor, per Aristotelem & miartificiosæ divisionis beneficio, demonstranem si non construere, saltem retexere, & si nō nponere jam tamen ante compositam dissu-, inque sua principia resolvere, exemplo præuè ipsius Zabarellæ, qui non alia viâ scita Ari-

ſtotelis de miſtorum ortu atque interitu explanavit. Quod ſi lectiſſimum Zabarellæ ingenium, limatiſſimum ejuſdem judicium aſſequi nequeam, omni tamen ope enitar, ut cum ſtudio ejus atq; induſtriâ non ſegniter videar contendiſſe.

IV.

Quamobrem tribus in univerſum ſummis capitibus penſum omne abſolvam, doceboque primò quidem, quænam ſit fermentationis notio: Secundò, ſubjectum primò & per ſe aptum natum fermenteſcere: Tertiò denique cauſſam proximam & adæquatam, cujus merito fermentetur, modumque ſimul, quo motus fermentativus in ſubjectum ſuum introducatur, analytico ſcrutinio perveſtigabo. Quibus ritè ac decenter abſolutis, videbo, ſi quam poſſim accidenti conſentaneam definitionem condere.

V.

Quoniam verò rectè ac præclare in ipſo propemodum Timæi veſtibulo à Platone dictum eſt. Omnes qui vel parùm ſapiunt, in omni aggreſſione tum parvæ tum magnæ rei Deum ſemper invocare: Mihi quoque relligio erit, illotis manibus ſanctiſſima naturæ adyta irrumpere, ſed calidis principiò votis divinum auxilium implorabo, non tam abſurdum eſſe ratus pietatem ethnici philoſophi imitari, quam pietate ab eo vinci, impium ante omnia ac pudendum.

CAPVT II.

Fermentationis notio traditur & explicatur.

QVod felix igitur faustumque iubeat esse
is, qui fermento regnum celeste compara-
t, ipsam jam protinus historiam aggredior de-
intatæ plus satis fermentationis, orsus ab ety-
o, quod nec obscurum est, nec difficile. Dici-
r enim à fremento: fermentum â fervendo,
uasi fervimentum: Græcis ζύμωσις à vocula ζύ-
: ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα
ία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον servator generis hu-
ani ait *Matthæi* 13. *vers.* 33. *Luc.* 13. *vers.* 21.
idelicet debita panificio vox est, ad quod,
ercuriali authore, duo fermentum confert,
m ut tota massa attollatur, tum ut farina
nplificetur, *Commen. in Acut. Hipp.* Verum non
ec duo, sed unum sunt. Namque & massam
tollendo, farinam amplificat fermentum, &
ce versâ, amplificando farinam, attollit mas-
m. Vnde Gallis non ineptè LEVAIN appel-
ur, quia nempe massam levet, quam illi pa-
m nuncupant. Est enim hoc ei proprium mu-
s attenuare ac rarefacere, tum etiam secun-
m minimas quasque particulas & secundum
nnes dimensiones diducere atque extendere
n massam seu farinam, efficereq; ,ut benè sub-
ta & pista, tumq; in clibano ritè excocta aëriã
levitatem & spongiosam raritatem adspiret.

D. Bernh. Fermentũ Fides Beatæ Mariæ. l. 5. de Cõsiderat. ad Eugen. Papam.

Quo fit, ut ipſe panis alibilior, concoctuque facilior reddatur, nec ſine causâ abs Plinio dictum ſit, validiora eſſe corpora, quæ fermentato pane aluntur, *in lib.*18.*cap.*21. Quanquam audierim qui hocipſum eo modo interpretaretur, quo iidem Plinius pecora in Ponto pingueſcere abſinthij eiu prodidit *lib.*27.*cap.*7. Item, quo Plutarchus ſalis uſum emaciatos recorporare (ſi Tertulliani voculâ uti fas ſit) ſcriptum reliquit.

VII.

Non continuit ſe diu fermentum intra officinas piſtorias, ſed nativæ indolis memor, ampliorem deſideravit locum, cœpitque cum alijs, quæ ſimili ritu turgeſcerent, ut affinitatem contrahere, ita vim quoque uſumque nominis ex æquo communicare. Inde eſt, quod muſtum, dum fervet, cerevifia, mulſa quum ſpumant, omnia fermenteſcere vulgò dicamus. Hoc ſupra vulgus, quod Hippocrates in acutis docuit, acetum nigra fermentari, in ſublime attolli, & multis partibus augeri. Acetum namque nigra ſurſum educere. Et quid quæſo aliud Maro ſibi graphicâ primi veris deſcriptione voluit, quàm magnam ſignificare macrocoſmi fermẽtationem? Nôrat, eo anni tempore, magnam parentem cõcepto è ſublimi fermento vegetabili intumeſcere, gravidamque tum, ſuique vix compotem exæſtuare, ac ſimilem tumultuabundæ, quantum exagitetur, exagitare. Hinc vapores ſurrigi, halitus effumare, quibus cœlum obducatur, nubes glomerentur, pluviç crebreſcant, imbres ruant, grando crepitet, venti ſuſurrent, tonitrua rebo-

ent,

t,fulmina coruſcent,fulgura micent, tempe-
tes ferociant. Hoc verò id eſt, quod *libr.2. Ge-*
*r.*dixit:

Vere tument terræ & genitalia ſemina poſcunt,
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther,
Conjugis in gremium lætæ deſcendit,& omnes
Magnus alit,magno commiſtus corpore fœtus.

Eſt hæc magna orbis ſublunaris fermentatio, æ vel minimum quoque ſemen tracto à ter- ſpiritu genitabili replet & inflat, vt jam non capiat amplius, ſed ruptâ pelliculâ in germen rbamque aſſurgere geſtiat. Quod ſi verò pau- profundiùs in abdita telluris deſcenderimus, rtè neque illîc vim fermentativam obtorpu- e, ſola thermarum ebullitio, ſi alia deforent, cumento eſſe poſſit. Quæ omnia & multo id nus plura, quū quotidiè oculis noſtris obver- ntur, quotuſquiſque eſt, qui de fermento vel r ſomnium cogitet? Quis putet, fermento O- anum agi, quando æſtu reciproco littora nunc plet, nunc deſtituit, quando ſtatis circa novi- nium diebus, ſpontè increſcentibus vndis, ſo- o inſurgit altior? Non quæramus extra nos, jus magnam vim totis corporibus vel ignari lignavi circumgeſtamus.

IIX.

Omnis ferè vita fermentum eſt. Nam quid ud ſit lactea illa ſpuma, ex quâ naſcimur? Nati e fermento vitam non ducimus, ſive valea- us, ſive ægrotemus. Eſtque idem in nobis fer- entandi qui vivendi finis. Fermento cor pul- ,arteriæ ſaliunt, venæ bulliunt, cibus coqui-

tur, sanguis conficitur, corpus alitur. Fermentum est, vel certè fermenti particeps, quod expiratur, quod expuitur, quod excreatur, quod expectoratur, quod per alvum, per vesicam, per nares, quod per uterum excernitur. Fermento & somnum capimus, & solvimur in sudores, & lacrymamur, deniq́ue & morimur.

IX.

Nam qui neget gravium lethaliuḿque morborum esse è fermento vel originem vel fomitem parùm profectò in pathologiâ profecit, nec animaduertit, quantas in microcosmo turbas ac seditiones, succorum ebullientium vis efferata concitet. Proindeq́ue ignorat, quidnam sit illud TVRGERE Hippocratis 1. *aphor.* 22. Sanguinis, si placet, fermentum in synocho conspice, in causo, in cœteris febribus continuis ac malignis, in inflammationibus, suppurationibus, apostematis, abscessibus, anthracibus, bubonibus, papulis, variolis, exanthematis, in profluvijs cruentis, in genis hecticorum, phthisicorum, empyicorum, in habitu athletico, quo nec proclivior est ad pessimam valetudinem via, nec fœcundius morborum seminarium. Fermentum bilis cognosces ex tertianæ generibus, ex morbo regio, ex cholerico affectu, ex diarrhœis. Atræ bilis orgasmum melancholia demonstrat, tum mania, tum arquatus niger, tum quartana, & quæ sunt ejus generis. Quin verò nec pituita, etsi cæterorum frigidissima, immo-

obilis in corpore hæret, sed lentas & ipsa i-
concipit in leucophlegmatiâ seu ictero al-
Paracelsi, in cachexiâ, in œdematis,
andeque & subito præcipitique tumultu
rripitur, quemadmodum in apoplexiâ, in
ralysi, in asthmate, in orthopnœâ, tussi fe-
â, catarrho suffocativo usuvenit. Quid
ites, quid scabies, quid morbi articula-
, quid, inquam, nisi seri sint fermentum?
x scio de fermento dubitabis, quando &
ilepticorum spumam videris, & scorbu-
orum salivam, & sputa melancholicorum,
sudores quartanariorum, quando & ster-
rem audieris apoplecticorum, & pipiones
hmaticorum, & anhelitum tussiculoso-
m, quando præcordiorum, viscerum, vi-
liumque, quando interaneorum, cœtera-
mque partium cognoveris injurias ac que-
las. Quarum omnium ortum, incremen-
m, statum, declinationem, motionem, cri-
, critica molimina, translationes, revolu-
ones, periodos, exacerbationes putarim e-
potiùs è fermento ebullire, quam Vlysséo
utre erumpere, quantumvis in hoc ipso ma-
num pariter ac parvum mundum clauserit,
eumaticus author *libri de flatibus*, qui Hippo-
atis nomine circumfertur, quemq; Mercuria-
inter eos Hippocratis libros computat, qui in
nsurâ classem constituunt secundam. Nam i-
si quoque in microcosmo venti, fermento, ceu
llibus, sufflantur, quando in brutæ animæ
offi-

officinâ bruta Vejovis fulmina cudit iners Mu-
ciber, prosilire subinde solita per Æoli antrum
(quod est Plauti inferius, guttur, Paracelsi mi-
noculus) moturaque nunc cachinnos nunc jur-
gia, prout vocalia sunt aut muta, tametsi hæc il-
lis præferat Hippocrates noster cum in Progno-
sticis, tum in Coacis *aph*. 495.

X.

Multò adhuc latius exporrigetur fermenta-
tionis nostræ ditio, si à naturæ operibus ac vitijs
transierimus ad artem, quæ præ alijs omnibus
naturæ simia est, quamque ego non sine causa
quarti meteorologicων libri supplementum di-
cere consvevi. Hæc me in fermenti primò admi-
rationem, mox notitiam obscuriorē quasi ma-
nu duxit, monstravitque non tantum quo pacto
unus idemque succus vegetabilis, fermentatio-
nis merito, nunc in aquam ignibus concipien-
dis idoneam adolescat, aliàs in acetum degene-
ret flammis inimicum: verùm etiam multo ut ef-
ficaciores ita mirabiliores fermenti potestates,
tum in multis alijs, tum præcipuè in sanguine, in
salibus, in aceti generibus, in ferro, in hydrargy-
ro diaphoretico & oculatâ manu & manuali fi-
de patefecit. Quarum adminiculo in procli-
vi sit vel horrendos freti siculi æstus ac tumul-
tus, vel Benaci indignantis fremitus confrago-
sos, vitreâ in ampullâ ad vivum adumbrare.

XI.

Neque verò licet artis ea sint & curæ; pro-
pterea à naturâ alieniora esse putemus, quum
nihil intersit instrumentis arte an naturâ para-
tis

quicquam fiat: Eadem enim de causâ fieri o-
nia; & arte quidem effici, ſed & naturâ quoq;
ecies univerſaliter eaſdem fieri, quum ars na-
ræ æmula ſit, proindeque & cibi in corpore
ncoctio elixationi perſimilis habeatur, id
od in tertio quarti meteorologicωn, graviſſi-
,ut omnia, docuit Ariſtoteles.

XII.

Quare quæ tum quidem eminus conſpexi in
ectis, placet impræſentiarum cominus rimari
ſuis cauſis; & cum Plinio propiùs noſcere
cum, unde ſpiritus actuoſus oriatur; quid ſit
mum, quod tanti momenti motum æſtumq;
ſuſcitet. Audebo hoc animo ſi non æquè ma-
o, attamen nec minus ſtudioſo: Quanquam
licius redire volenti, cautius aliquanto res ad-
nda ſit.

CAPVT III.

Fermentationis πρῶτον δεκτικὸν *investi-gatur.*

XIII.

QVum plurimis non ſpecie tantum, verum etiam toto genere diſtinctis corporibus, mmunis quædam affectio ineſt, ea & per cō-une principium inſit, neceſſe eſt. Fermenta-onis imperium, quum tam longis latiſque ter-inis ac ſpacijs diffundatur, non potuit nec de-uit origo ejus à privato aliquo & domeſtico incipio arceſſiri. Inde factum, ut Plato, in i-is eam elementis ſit non præter rem ſcrutatus. oc enim ſibi partes terreſtres volunt, hoc mo-

dera-

deratus aër, humiditas circa aërem cava circu-
tensa, humida aëris vasa, aquæ cavæ ac rotun-
humiditas pura ac terrestris, hoc cætera id
nus significant, quibus fermentationis ne-
cium Plato conficit. In quo quidem, quasi
unicuique elemento partes assignet, operæ
porrò cognoscere.

XIV.

Credibile est, voluisse eum, non alia elem-
torum esse in fermentatione officia, qu
quæ in amplissimâ mixtionis Republica ob
consueverint. Idcirco mixtionis bis mem
nisse. Certè enim præter terram (ab hac
nim ordiar) nulla potest fermento mate
substerni, nec aliud dari lignum ex quo form
tur iste mercurius. Nam quantumvis Pl
non contentus partibus terrenis, aliquid eti
loci relinquere videatur moderato aëri:
tamen quantumcunque est, nisi ad fermen
tionis seu effectum seu formam seu finem p
tiùs quàm ad materiam retuleris: Non po
ris à manifesto errore virum liberare sapien
simum. Habet enim terra rationem termin
quo: Aër omnis termino ad quem continet
Propterea enim movetur terra, ut aërescat. A
que inde est, quod doctissimo Mercuriali ni
aliud visa sit fermentatio, quam partis terre
motio conversioque in aërem.

XV.

Plus opere in tanto sibi aqua vendica
quum terra nisi humore imbuta vix usu veni

Nam

[ſ]am, quod Scaliger ait *Exerc.* 104. *ſect.* 17. Cal- »
[u]m in fornace tectâ vidimus adeò turgeſce- »
[re], ut tigna atque tegulas ſuſtolleret. Qua- »
[si] fermento reor hoc illi tum contigiſſe: De hoc »
[q]uidem non multum mihi laborandum eſſe vi-
[de]o, quandoquidem fermenti ſimilitudinem
[s]u analogian ipſe Scaliger minimè diſſimula-
[t].

XVI.

Omnino enim credo, humore ad fermen-
[t]um eſſe opus, tum ut partium fiat idonea co-
[h]æſio ac diſpoſitio, tum ut medium detur per
[q]uod tranſitus terræ ſit ad ſuperiora. Neque
[e]nim ab uno extremo ad alterum aſcenditur
[n]iſi per medium interjacens, nec à terrâ ad aë-
[re]m evehitur quidquam, niſi vel commeatum
[a]qua dederit vel præbuerit vehiculum. quæ
[c]auſſa forte eſſe poteſt, quod Hippocrates
[ſp]iritus omnes ex aquâ provenire dixerit *in Li-*
[br]o de Naturâ pueri. Vnde ſuſpicari & in pri-
[m]â creatione cæpi fermenti præſentiam, quan-
[d]o ſpiritus domini ferebatur ſuper aquis, *Gen.* 1.
[v]erſ. 2.

XVII.

Idque adeò verum eſt, ut Ariſtoteles ipſum
[c]alitum ſiccum ex terrâ oriundum partici-
[p]em fecerit humoris: affirmaritque nec humi-
[d]um ſine arido, nec aridum ſine humido eſſe
[p]oſſe: verum hæc omnia per exuperantiam
[it]a dici ſolere *libro* 2. *meteorolog. cap.* 4. Quam-
[o]brem & verbis Ariſtotelicis concludimus,
[a]mbo iſthæc, terram inquam & aquam, ut ma-

teriam esse: pati enim non agere ex *lib.2.mete*[ro]*log.cap.8.* Ac primas quidem terræ deberi pu[ta]mus; secundas aquæ.

XIIX.

Nam quod Plato ex purâ humiditate bu[...] conficit, id tanti est, quanti illud, quod Arist[o]telem, salem sincerâ constare terrâ prodidit *li*[b.] *4.meteorolog.cap.*10. quanti & illud quod aq[uæ] species faciat vinum & urinam *cap.*5. quod sa[n]guinem cervinum in aquæ ditionem transscri[]bat *cap.*7. Etenim quod salem quidem attine[t,] veluti à terrâ corpulentiam habet, ita ab ign[e a]culeum, ab aquâ, quod fluat. Aëris verò in il[lo] proditor est tum spuma, tum flos salis voluce[r.]

XIX.

Cæterum & vinum & urinam & sanguin[em] in multâ aquâ plurimam terram possidere; [fa]teatur oportet; quisquis unicujusque ana[ly]men saltem per transennam inspexerit. Idque [in] vino quidem & urinâ tam manifestum reddi[dit] hodierni seculi industria; ut qui contradice[re] ausit, eum experientiæ scuticam mereri exi[sti]mem.

XX.

Veruntamen circa sanguinem aliquid di[ffi]cultatis suboritur. Eum enim qui ex cervo [ma]nat, Aristoteles à terræ familiâ abalienavit, ca[u]satus, magis ad aquam pertinere eò, quod n[on] concrescat, non autem concrescere, quia fibr[is] quæ terræ sint opificium careat *lib. 4. meteorol cap.7.& 10.* talemque omninò sanguinem cu[m] cervis communem habere & damas idem pr[o]didit *lib.2.de partib.animal.c.4.*

XXI.

Inviti quidem in corpore formosissimo verrucam notamus aut nævulum; salvâ tamen veri-te nō possumus aliter: quum terræ affatim de-xerit anatomia sanguinis, nec fibrarum minus derit in conspectum ablutio. Quapropter ju-merito & terræ sanguinem cervinum reddi-us, & sanguini terram. Fernelius verò quam ctè utriusque feræ sanguini restituit fibras, tam alè ijsdē affinxit facultatem spissescendi *lib.6. ysiolog. cap.7.* Hanc enim sensus perinde atque prarum absentiam refutat. Estq; ut hoc obiter ldam, non tam in fibris quærēdum; quod san-inem coire vetet, quam copię spirituum ad-ribendum; quibus vivacium ac perpete motu suetarum ferarum cruorem diffluere, in tan-m mihi verisimile fit, ut hoc nomine laticem irituosum sanguinis cervini non dubitarim in aradoxis vel humano anteferre.

XXII.

Hæc eò adduco, ut certum constitutumque r, nullum omninò humorem; quantumuis li-uidissimum, nullum quantumuis purissimum quorem fermentescere, nisi meritò unius ter-e, sive indigena ea sit & vernacula, qualis vino, eto, urinæ, sanguini inest: seu advena atque ad-itiția, qualis in lixivio unoquoque; qualis in a-tis salium stillatitijs exuberat. Superest; ut ostquam materia jam nobis innotuit, progre-iamur hinc ad illud; quod materiæ movendæ ciundæ potestatem obtinet. Tum enim quur uodque sit, & quid sit, scire nos, cum materiam

aut rationem, sed maximè cum utramque, & unde sit motionis exordium, cognoscamus: præclarè dictum ab Aristotele in fine quarti meteorologicorum.

XXIII.

Si Platonem consulemus, non cunctabitur is in ipso statim frontispicio putredinem nobis oggerere. Ait enim: *Caterùm ubi hac ipsa praattenu ata quidem sunt à putredine.* Quidnam per particulam demonstrativam innuat, haut difficile fuerit colligere ex antecedentibus. In quibus tametsi de saporum differentijs agere instituisset, jam cum acerba, austera, amara, salsa, acria, more suo ex egisset, mox ubi ad acida perventum est, divertit ad fermentationem, cujus veluti causam expressè designat aciditate, ita subjectum illis ipsis determinat, à quibus ad acida, continuâ commrationis serie, digreditur, quæque nos jam modo recensuimus, ut sensus Platonis sit omnino talis: Acerba, austera, amara, salsa, acria aptata præbere fermentationi materiam, quatenus eorum decens præcesserit per putredinem paratura. Nam hanc quoq; voculam mihi commodavit Tertullianus.

XXIV.

Platonis verò duplex hîc peccatum occurrit. Vnum, circa subjectum fermentationis: Alterum, circa putredinem. Subjectum, partim ut nimis angustum admitti non potest, partim rejici debet, ut alienum. Etenim si eum in modum acerbis, austeris, amaris, salsis, acribus fermentationem adstringit, ut & acida & dulcia & pin-

gui

ia & insipida excludat, quis vel mediocriter rerum naturâ versatus, dabit assensum? Quis ferabit arctissimis saporum cancellis includi rmenti materiam, quam ex profundo vasto- ie elementorum chao ipse Plato protraxit? uis deniq; cõtra Platonem prolixiùs disputa- r, qui hæc ipsa, quæ quinq; saporum generibus fcreverat, non quatenus hoc vel illo sapore ædita sunt, sed quatenus terrâ & aquâ constãt, rmentum concipere, sponte suâ fateatur?

XXV.

Quamobrem præsuppositâ materiâ, subjecto- ie sicpote constabilito, protinus ad caussæ ef- cientis inquisitionem rectâ nobis eundum e- t, si licuisset per putredinem, quam â corpore imùm fermenti, deinde à fermentationis de- nitione, ceu putridum & inutile membrum oscindi necesse est, antequam caussæ arcem in- adamus. Hic enim secundus Platonis error, uod invisa invitaque putredine fermentationẽ afferserit: priore quidem gravior, atq; ob id cu- à accuratiore obliterandus.

CAPVT IV.

Putredo removetur tum à fermento, tum à fermentationis definitione.

XXVI.

ANtiquitùs coctionem cum putrefactionẽ solitam fuisse confundi, haut inscitè anno- avit Mercurialis *in variis Lectionibus*, idemque epetijt *in Prælect. Pisanis, Tract. de vino & aquâ ap.* 1. Inde factum, ut Empedocles vinum de-

finierit aquam in vite putrefactam, ut legit
apud Aristotelem in tertio quarti topicoru
Vinum est putrescens sub ligni cortice lymph
Plutarch.*l.de causs. Natural.prob.*2. Quo sensu
perinde dicatur farina sub manu pistoris co
putrescere, ut fiat fermentum, atque aqua in
gno, ut vinum evaderet, computruit: Tame
vocabuli abusum, emendari quam commenda
malim, si tamen de re inter nos conveniat; n
erit, ut litem cuipiam moveam.

XXVII.

At profectò non hoc illi volunt, qui veræ co
ruptelæ fermentum insimulant, qui massam cr
dam vocant, imo ipsammet putrefactionem e
inculcant, id quod post Plutarchum Mercuri
lis fecit *Comm.in Acutos Hipp.* Fernelium quoq
hac in re cæcutivisse, qui alioquin satis acutu
vidit, miror. Nam putredinis vi fermentum tr
here putat, particeps quippe, ut ait, aciditatis
caloris ex putredine *6.meth.cap.9*. Egò verò n
minus hîc rei quam illic verbo injuriam fieri,
pinor. Possum opinioni fidem facere, si cum fe
mento putredinem comparavero, cum putre
ne fermentum.

XXIIX.

Aristoteles in primo quarti metheorologic
putredinem definivit, proprij naturalisque c
loris in unoquoque humido existentis, ab ext
riâ caliditate corruptionem. Aristotelicæ defin
tionis ingeniosam anatomen Zabarella exhib
it *lib.3.de Misti generat.& interit.cap.4*. Estque ill
hoc authore, quadrimembris (quanquam n
quir

uintum desideremus,idque in ordine quidem rimum,vim videlicet , quam externus infert mbientis calor,cui ipse etiam Zabarella primas oc in negocio detulit *lib.2.cap.9.*) Fit enim primò proprij caloris corruptio , deinde humidi roprij evaporatio , post separatio humidi à sicco , denique dissolutio misti:Imo verò ipsa puedinis essentia est separatio humidi à sicco *lib. .cap.5.lib.3.cap.3.* Hac enim factâ continere se alor vernaculus humorque nativus nequeunt mpliùs,quin quà data porta erumpant,ac velut icolæ collapsis dirutisque ædibus diffugiant, ęque demum desoletur mistum. Vide , quàm nt hæc omnia à fermento , quàm sint & à ferentatione,aliena.

XXIX.

Essentia, ut dictum putredinis,separatio est umidi â sicco:quàm in fermento tantum abest onspici,vt potius glutinis instar ambo cohæret,atque ita nequaquam ab aredo udum abe.sed intimè cum eodem coëat. Calor quoque on corrũpatur,sed exacuatur, neq; expiret sed rtius acriusve spiret. Adeoque,quæ summa rei t,minimè gentium misti interitus sequatur,sed ovella oriatur misti species, quam non magis udam esse, quam sit ipse panis,ausim ego con- a Mercurialem contendere. Credo enim farie massam,quando ad tantum acoris pervenit, antum sibi sufficit ac congruit,jam tum ἀκμὴν rfectionemque suam attigisse, talemq; in suo nere non magis crudam censeri debere,quàm uda censeantur matura poma,cerasa, pruna,

 quam

quàm baccæ rebium, berberorum, granatoru
mala citrea, rumex cum speciebus suis, & cœ
sunt ejus generis ex acidorum familiâ. Est na
que hæc fermenti natura, ut exacescat: cum
acore formam unà suamque essentiam adipi
tur, proindeque acescendo non minus matu
scere quàm perfici intelligitur. Maturatio na
perfectio quædam est, sicuti cruditas imper
ctio, docente Aristotele in tertio quarti mete
rologicon.

XXX.

Accipe jam, quantum etiam inter putredin
& fermentationem intersit, & ex quatuor ca
intervallum omne metire. Principiò calor
ambientis considera. Is quidem proxima p
tredinis & adæquata caussa est, proindeque
demonstratione locum medij termini occup
Zabarellæ dicitur *lib. 4. de method. cap.* 17. At c
fermentatione non nisi fortuitò & per accid
cohæret. Possum tibi luculentissima ferme
specimina commemorare, ad quæ nullum nec
lorem nec operam calor conferat, qui ambie
inest. Adspice, qui calcē vivam concitet, ut m
gnos irarum fluctus concipiat? quid sales bo
nicos exagitet, ut acotorum mineralium adsp
gine exæstuent? quid ferrum faciat stygijs im
sum aquis excandescere? Vndenam sit ille ex b
tyro mercuriali orgasmus vehemens, quem
stillatæ pauculæ spiritus nitrarij guttulæ proc
ent? Fatebere, scio, magni mirabilisq; ferme
suscitabulum in ipsis, quę tantopere tumultua
tur corporibus unicè contineri, nihil prorsus l
ci relinques calori ambientis.

XXX

XXXI.

Secundò proprium putredinis subjectum ex-
tute. Hoc verò humidum esse, nec putrescibile
quicquam nisi quod humidum sit, Zabarellā au-
dies docentem *lib.2.de misti generat.& inter.c.5.* At
fermentationem humor, quâ humor est, nullus
concipit, sed qua partibus terrenis abundat. Et
hisce enim prima omnis motûs fermentativi ori-
go est, idq; in præcedentibus demonstratū. Adij-
ce nunc, quod putredo ad sola mista præcisè alli-
getur: Fermētatio verò liberè tam ad miscibilia,
quam ad mixta excurrat. De mistis nullum du-
bium est. Elementa verò, quum in mistione con-
grediuntur, quum in mutuam internecionem
suis quodque telis armata ruunt,

Frigida dum pugnant calidis, humentia siccis:

Eccui non primâ statim cogitationis lineâ ope-
rosum occurrat fermentum? Hoc verò est, quod
philosophi communi *alterationis* nomine expri-
munt, quando mistionem finiunt miscibilium
alteratorum unionem. Nec proprium posthac
nomen reticebunt, quibus innotuerit fermēta-
tio. Hic illud subiungo, fermentari etiā corpora,
in quæ nihil juris putredo habeat. Quid salium
genere incorruptibilius? quid aceto quoq; me-
tallico durabilius? quodnā verò mixturâ utiinq;
facta, potentius fermentum? Credo equidem
vel sic constabit, quàm benè cum putredine fer-
mentationi conveniat?

XXXII.

Tertiò ab ipsâ formâ putredinis hoc modo
contra Platoné argumētor. Mistio humidi & sicci

excludit putrefactionem: Fermẽtatio est mis humidi & sicci: Fermentatio ergo excludit p trefactionem. Propositio major nititur ipsâ p tredinis essentiâ, quæ in separatione humid sicco consistit, cui è diametro contraria est h midi cum sicco mistio. Minor propositio es psius Platonis; qui quum materiam fermen tioni ex terrâ & aquâ sterneret, bis mixtionis m minit, quæ motu efficiatur, bis ingressus cuju dam, qui efficiat motum, causam non separati nis humidi à sicco, sed mixtionis, vt dixi, haut s mel expressæ.

XXXIII.

Verùm quum hæc sint in Platone plus æqu obscuriora, lucem mutuabuntur ab Heurni qui in primo methodi suæ Platonicam explica definitionem; Tribus, inquit, opus est in fer-
"mentatione, terreâ parte, quæ in majorem tu
"gescit molem; humidâ unde flatus, qui tenuat
"terream & lentam humoris compagem. Qu
"quidem attenuatio, majorque terrenæ part moles, quin mutuâ intimâque terræ humori flatuumq; pervasione & comistione obtingat negare non poterat Heurnius, qui qualitate simplicium in fermentatione alterantium mutuò sese pervadentes misceri scripsit *lib. 2. Methodi cap. 4.* Item hæc, quæ paulo post subiungit: Fermẽtationis vi librare sese è corporibus suis qualitates, liquescere elementa diversis viribus dum traijciuntur, hinc variâ ratione sese jungere potentias.

XXXIV.

XXXIV.

Quartò denique consideretur finis: estque in [p]utredine, nullus, Aristotele magistro, alius, quã [f]imus & terra, id est, sordes, inquinamenta, situs, [p]uluis, caries, marcor, tabes, rancor, fœtor, pu-[to]r, vno verbo corruptela: In fermentatione ve-[rò] vel forma recens, vel nobilior qualitas. Hoc [v]erò est, quod Heurnium egit in laudes enco-[m]iumque fermentationis *in* 12. *Meth.* Vbi in hæc [v]erba erumpit: Fermentantur ac velitationem „ [s]ubeunt quędam composita, ut nobiliorem vim „ [in]duant. Divina enim quædam vis fermenta- „ [ti]oni inest, utpote quæ pariat divinam quandam „ [fa]cultatem in remedio, evomatque, quicquid „ [n]oxæ non mixtis (Hîc verò etiam ut mixtioni „ [H]eurnius subscribat, vide) inerat, ac ut subli- „ [m]iorem sensibusque incompertam vim fragret „ [r]emedium, efficiat. Adscribam etiam, quæ de „ [T]heriacâ protulit idem author eodem libro: Ab- „ [di]tam theriacæ vim, inquit Avicenna, divinâ „ [qu]adam vi afflatam esse, sapientissimis viris vi- „ [de]tur: quod fermentatione in nobiliorem vim „ [se] erigat, quàm orbis hujus inferioris remedia „ [co]nferere sibi audeant & possint. Nam si theria- „ [c]æ & mithridatij vis ex inditis remedijs surge- „ [re]t, recentiores essent efficaciores: Verùm tan- „ [t]ùm abest, ut vetustiores, vividâ vi, contumacis- „ [si]mos morbos debellent ac deijciant. Decem „ [a]nnis ex Arabum sententia, theriacæ absolvitur „ [fe]rmentatio, Galeno ad Pisonem annis viginti: „ [V]erum vt regio fuerit frigidior, ita prolixior ei „ [fe]rmentatio debetur. Quanquam fuerint apud „

" Arabes, qui sex mensium miscellâ contenti
" rint, nos tamen omnia, mistioni & fermenta
" ni tribuimus, quod divinam quandam vim i
" spirent. Hæc Heurnius.

XXXV.

" Nec abludit ab hisce Fernelius noster *in*
" *Meth. cap.* 4. At verò, inquit, quum multorum
" compositione jamdiu facta est confusio, atq
" eâ, quam juniores fermentationem appella
" mutuâ actione omnium quædam coitio atq
" concursio evaserit, pristinæ singulorum vires
" ampliùs integræ manent, sed pereuntibus &
" tinctis singulorum viribus, novæ prorsus em
" gunt, ex illarum tamen concursione profect
" Consimiliq; omninò conditurâ ac dispositio
" melificium fieri Seneca existimavit, non si
" quodam (ita enim dixit) fermento, quo in
" num diversa coalescunt *Epistolâ* 84.

XXXVI.

Quæ quidem omnia etsi satis superque à p
tredine fermentationem vindicare videntur,
persunt tamen scrupuli aliquot, quibus in med
relictis, fieri nequit ut plenos radios vibret
lucescens veritas. Sentio, tribus præcipuè diff
cultatibus premi, quæ contra putredinem tu
fermenti tum fermentationis disserui, atque a
dire puto hoc primo objicientem. Qualis e
generatio aceti, talis est etiam generatio fe
menti. Atqui generatio aceti fit per putrefa
ctionem, ut disertè Galenus in septimo quar
simplicium docet. Est ergo & fermenti gene
ratio per putrefactionem. Præterea poterit &

Z 11

Zabarella contradicere ex *lib.3.de misti generat.& interit.cap.6.& 9.* Vbi modum tradens, quo putrefcat vinum, feriò affirmat, non fieri id nisi cum ebullitione, hocque eft putredinis indicium manifeftum. Quid itaque impediat, quin fermentatio etiam putredinem ifthoc indicio, ceu forex, prodat. Nodum impendio intricatiorem reddunt infignia aliquot fermenti exempla, in quibus evidens occurrit humidi à ficco feparatio, quam effentiam putredinis diximus ex Zabarellæ fententiâ. Sit inftar omnium tartarus Crollij vitriolatus, qui relictis duobus liquoribus, non fine æftuosâ indignatione, coit in imo, fpecie denfi falis, manifeftæque udi ab arido feparationis, proindeque putredinis etiam non dubiæ, nifi obftantia removerimus, quod non adeò facile factu eft, præfertim in eo, quod primùm objicitur. Hoc enim tanti eft, ut tolli nequeat, nifi unà tollatur dogma Galenicum, quo putrefactionis fœtura fancitur acetum. Magnum magni viri errorem capite proximo confutabimus, dignum quippe peculiari confideratione, vel eam ob cauffam, quod principij locum in fermentatione Platonicâ aciditas obtineat, ficque non tantum ex ruinâ erroris Galenici gradus nobis ftabilis ad veræ cauffæ inveftigationem queat muniri, verum etiam fermenti natura eò accuratiùs cognofci, quum per aceti ac fermenti ratio fit, unoq; cognito alterum ultrò innotefcat. Cœteræ duæ objectiones minoris funt momenti, & folutu faciliores.

XXXVII.

XXXVII.

Neque enim Zabarellæ fidem habemus, a[...] renti, quod putredinis indicium manifestum[...] ebullitio. Puto enim vel in antecedentibus [...] empla nec pauca nec obſcura proſtare eorum[...] quæ citra ullam putredinem ebulliant: Pluraa[...] ſus ſuggerit. Succenſis lignis viridibus, qui [...] pumat humor non tantum cum bullis ſed & [...] bilo prorumpit. Iam verò combuſtionem p[...] trefactioni opponi, ipſe Zabarella ex Ariſtote[...] docet *lib.2.de generat.& interit.miſti cap.2.* Ebulli[...] re præterea & quæ elixantur & quæ aſſantu[...] quotidianum eſt. Quin etiam quod concoqui[...] tur, ei ampliorem molem & calor tribuit & Ari[...] ſtoteles 4.*meteorolog.cap.2.* Imo verò multò eli[...] xationi quam putrefactioni familiarior eſt ebu[...] tio, & frequentior illi, quam huic. Nam ſine u[...] lis bullis & ferrum rubigineſcit, & panis mucc[...] ſcit, & butyrum, oleũ, adeps ranceſcunt, & po[...] ma marceſcunt atque alia quamplurima flacce[...] ſcunt & extabe fiunt, ut proinde neceſſe in poſte[...] rum ſit, ea ratione inter miſta putredini ob[...] noxia diſtribuere ebullitionem, ut hæc ipſa di[...] catur non ijs quæ ſolida & per exceſſum terre[...] ſunt, ſed reliquis, quæ fluida & magno exceſſu a[...] quea competere, diſtinctione ipſius Zabarella[...] petita ex 2.*de generat.& interitu miſti cap.4.*

XXXIIX.

Quod denique ad tartarum vitriolatum ſi-milia que ex fermento coagula attinet, reſponſio in promptu eſt, videlicet non omnem humidi à ſicco ſeparationem eſſe de eſſentia putredinis:

ſed

d eam tantummodo, quæ sit humidij proprij tivi atq; intrinseci, non ejus, quod à foris est, od ascititium & precarium, quale illud, quo rtareus sal spiritusque chalcanthinu s diffluūt. am de sale quidem tartari res tam expedita ,illum tractâ ab aere humiditate extabuisse, nullo amplius verbo egeat. At de spiritu violi lege quæ in historiâ Chymicâ sulfuris, quęe in analysi & genesi chalcanthi sunt in Paraxis meis prolixiùs exposita: quorsum etiã colheat distinctio terræ in insitam & adscitam; am suprà attuli *cap.3.* §.22. Cape aliud arguentum sospitis atq; integri in tartaro vitriolahumidi ejus, quod naturâ tum spiritûi chalnthino, tum sali tartareo inest. Etiamsi enim humido extrario, ceu vehiculo suo, ambo diesserint, coierintq; in unum: Distillatione taen dissociati redeunt viribus vterque integris; uod in Paradoxis annotavi *lib.2.cap.7.*

CAPVT V.

alli docet Galenum & fallere, quando ex putredine vini derivavit natales aceti.

XXXIX.

Equitur, ut datam de aceto fidem liberemus: quod eodem modo procreari statuimus ex no, quo ex farinâ oritur fermentum. Par utrique ratio est. Neutrobi locum habet putre: Hanc enim quam sedulo Galenus aceto afcuit, tam quoque gnaviter absterfit Zabarella,

la, primus, quod sciam, omnium, qui hac in re Galeni authoritatem conquassare ausus sit. Potior Zabarellæ fuit verè quàm viri respectus, & non tam oratione quam ratione philosopho agendum censuit. Ita factum, ut & Galeno putredinem & aceto abstulerit. Mihi quoq; animum addiderit, ut quantum à Galenicâ putredine abhorrerem, tantum ex in operæ darem, ne aut Zabarellæ aut aceto deessem.

XL.

Vulgi animis opinionem hanc insevit author non è vulgo; quod externus aëris calor vini calorem internum resolvat; posteaque igneas ejus & aërias partes dissipet. Tunc veluti emori vinum & in acetum degenerare; propterea fuisse, qui vinum mortuum appellarint acetum; ut videre est apud Galenum *libr.* 1. *Simpl.* 17. Eandemque caussam esse, ut acetum nunquam ad vini habitum naturamque redire possit. Veram hanc esse aceti generationem ex eo liquere; quod acetum frigidioris & siccioris sit temperamenti, quàm ipsum illud vinum, ex quo factum est, nimirum quia devictus sit vini calor nativus ab externo. Atque hinc illud quoque fieri manifestum, cur vina imbecilliora atq; frigidiora faciliùs in acetum vertantur, quia scilicet caloris interni parùm habeant. Exiguum autem calorem internum à multo externo facilè dissipari. Ideoque Galenum dixisse, persimile vinis acescentibus accidere, quale flammis exiguis atque invalidis. Quippe si eas ad solem fervidum exponas aut prorsus obscurari, aut denique et-

iam

iam extingui conſpicias. Sic etiam ſi ardentem lucernam aut juxta flammam vehementem magnamque diſponas, aut ad ſolem fervidum exponas, marceſcere utique ac diſſipari videri *libro* 4.*cap*.14. Accedit, quod & vermibus ſcatere acetum quandoque ſe vidiſſe teſtetur, ut cuilibet experiundum relinquat Ioan. Pincierus *Ænigm. lib*.3.*cap*. 26. ubi ex profeſſo de aceto agit, Galenicamque ſententiam illo, quem tradimus modo, interpolat; de vermib. verò hæc attexit: Sunt, » inquit, exigui, albi, oblongi, natantque per o- » mnes aceti partes, ſic tamen ut interim ſuperio- » ra magis occupent, quam inferiora. Qui cernere » eos avet, aceto recente vitrum pellucidum ad » ſummum uſque repleat, poſtea ſoli exponat, & » certatim videbit vermiculos illos orificium ver- » ſus eniti, vbi congregari, vel cochleari auferri » poſſunt; vel ad redundantiam aceto affuſo eò » redigi, ut ſponte effluant. Iam verò in hiſce; quæ » putrefiunt, animalia gigni ſolere, oraculo quaſi edidit Ariſtoteles in primo quarti meteorologicon. Vt proinde vermes illi ſine dubio una cum aceto ex eâdem vini putredine naſcantur; ſiquidem Pinciero credimus, qui ænigmate non ineleganter rem omnem complexus, quatuor hiſce ſuper aceto hexametris luſit:

Corporis alterius licet ex putredine naſcar,
Inq; meo innumeri naſcantur corpore vermes;
Res alias tamen à putredine vindico & ipſis,
Quâ tetigiſſe datur, ſum vermibus acre venenum.

XLI.

Ego verò re diligenter examinata, in eam de-

ve-

veni ſententiam, ut exiſtimem, calore vini interno reſoluto, partibus vini igneis atque aërijs diſſipatis, vino emortuo; calore vini nativo devicto ac prorſus extincto liquorem ſuperſtitem, nequaquā exaceſcere ſed muceſcere: nec quicquam inter acetum & vappam intereſſe, quum ab una eademque vini labe utrumque proficiſcatur. Itaque opinionem Galeni hoc abſurdi primò ſecum vehere, quod diſcrimen inter vappam & acetum funditùs tollat. Alterum; quod calori externo ante victoriam canat epinicion, interno verò exequias eat ante mortem; Quod ſi namque calor, ut illi dicunt, tenues volavit in auras, unde nam provenit illa excalfactoria vis ipſi Ariſtoteli & cognita & celebrata; *Sect.33.prob. 1.5.7*? Vnde nam acrimonia excalefaciens & ignea, quam in aceto Galenus perſenſit; quæ tanta eſt, ut, Plinio teſte, & ſanguinis grumos acetum ſolvat, & ſaxa rumpat, & liquefaciat uniones, & duriſſimam ovi teſtam emolliat? ut cæteros lapides ac metalla pleraque edomet, miri artis opere, niſi aſſiduitas experiundi paulatim ſubtraxiſſet admirationis incitamentum. Certè tantum eſt, in aceto occubuiſſe calorem, ut plus etiam virium in aceto quàm vino vibret.

XLII.

Reſponderi audio, totum id à putredine habere acetum, quod caleat. Atqui (inquiam ego) quur non perinde calet & vappa? Hic verò obſtruenda protinus rima eſt, per quam elabi ſatagunt, qui ſtudioſiùs Galeno ac putredini patrocinantur. Inquiunt enim, aliud vappam eſſe, aliud

ùd, acetum. In vappâ esse omnimodum consummatumque caloris nativi interitum: in aceto inchoatum atque imperfectum: parem esse in utroque & putredinis rationem.

XLIII.

Veruntamen diuerticulum hoc neque ullius est momenti, &, ut esset, autores suos nihilum juvaret. Nam optimo jure Zabarella contrà cõtendit, differentiam illam inter acetum & vinum putridum, quæ minorem aceto putredinem, majorem vappæ assignat, & experientiæ & rationi adversari, *lib.3. de misti gener. & interit. cap.9.* In omnibus enim videre nos, minorem putredinẽ esse viam ad majorem, ita ut facilius sit, ut magnâ putredine corripiatur id, quod aliquantum putrescere cæpit, quam id quod adhuc putrescere non incœpit. Quandoquidem & ratio hoc idem confirmet: faciliorem enim transitum esse à medio ad extremum, quam ab extremo ad extremum. Ergo acetum facilè putrescere, si in eo, ut illi dicunt, sit inchoata putredo: attamen acetum non putrescere seu difficillimè putrescere, & experientiam docere, vinum faciliùs fieri putridum, antequam fiat acetum, quam si mutatum in acetum. Non posse ergò dicere nos, acetum esse vinum mediocriter putrefactum.

XLIV.

Idque ob hanc amplius, quam Zabarella etiam ut sit (*lib.3. cap.6.*) causam: quod non fiat ab uno extremo transitus ad alterum nisi per medium interjacens. Non poterit ergo vinum in vappam desciscere, nisi prius in acetum migret,

quod ipſum experientia non minus refell
quàm illud, quod Pincierus affirmauit, vina i
becilliora atque frigidiora facilius exaceſc
ob paupertatem ſcilicet atque pænuriam calo
intrinſeci. Certè enim qui vel triduum exegi
œnopolijs, diſcere ſine negocio potuit, acet
quodque eò eſſe mordacius, quò generoſius
erit vinū: Vina quoq; dilutiora ac debiliora fa
liùs in yappam degenerare, quàm in acetum
mutari: Acetumque adeò ab ipſo Bromij ſpi
opes animumq; ſumere. Atq; idcirco Pincier
eo pacto non magis generationem aceti ex
trilagine vini adſtruxit, quam vini calorem i
ceto deſtruxit, quando hoc ipſum vino frigic
eſſe pronunciavit.

XLV.

Non diffundam me pluribus: quoniam
ſuum illud effugium effugiunt. Si rectè im
ligo, quæ de aceti cunabulis philoſophan
non laborat in aceto vini calor, ſed omninò
ſpiravit, deſijt, evanuit, diſſipatus quippè
tinctus, devictus, mortuus. Propterea e
acetum crediderim Scaligero dictum, I
mentivori informe cadaver: Propterea non
gis reducis capax animæ cenſeri, quàm na
vi redire idem numero calor poſſit, qui ſe
interijt. Hoc ergò illi volunt, acetum non
vinum putreſcens, ſed reverâ putrefact
Quo ipſo mihi quidem vix quicquam vel
ditu durius vel difficilius creditu occurrit.

XLVI.

Etenim ſi Ariſtotelem conſulo, vide
q

quarto meteorologicῶn, qui mistorum proprius liber est, acetum inter misti species, unà cum vino ipso recenseri. Hoc autem non faceret Aristoteles, si acetum esset vinum putrefactum, quia nominatione cuiuslibet misti significatur quoddam in suâ specie completum, per quampiam formam mistionis: At putrefactum, quatenus est putrefactum, notat imperfectionem & recessum rei à propriâ naturâ, & progressionem ad dissolutionem in elementa, proinde indignum est, quod nominetur ut mistum, verba sunt Zabarellæ *libr. 3. de Misti generat. & interit. cap. 9.*

XLVII.

Galenus quoque suum in Methodo & Simplicibus tantâ cum industriâ & prolixitate quantam vix ulli alij misto adhibere solet, aceti temperamentum consectatur & qualitates enarrat: Videtur, commentitiæ suæ putredinis oblitus, idem cum Aristotele sensisse, ac pluris acetum fecisse, quam vel ipse cogitârit, vel hodieque existiment, qui ad aras Galeni dixêre sacramentum. Certè enim temperamentum, ubi mixtio: ubi mixtioni ibi inimica mixtioni putredo exulat; nec salvo mixto, invenit locum.

XLIIX.

Quamobrē ipsum etiam acetū, quatenus mixtum est, eatenus fit putredini obnoxiū: & quāvis ad salis naturā quodammodo accedat: Vincitur tamen longo ævi tractu ac facessit in vappā, eodēq; putrilaginis genere, quo vinū ipsum cor-

ripitur, ſicuti fermentum eundem, quem pa
ſitum, quum exſolvitur, concipit.

XLIX.

Pincierus verò, quum obſervavit acetum
minare, potuit ſimul & cognoſcere, quod a
tum, quum verminat, putrefiat, animalia
potius ex cadavere aceti, quàm in corpore a
gigni, neque unà cum aceto ex eadem vini
tredine, ſed ex propria aceti corruptelâ naſc

L.

Poſteaquam ergò hac ratione cognoviſſ
acetum in ſuo genere corpus eſſe miſtum,
minus perfectum completumque ipſo
quo fit, vino: cæpi porro cogitare cauſſam o
erroris de putredine, ignoratorumque acet
talium, nullam aliam fuiſſe, quam hanc una
ſolam, quod rei poſitivæ, cauſa non poſitiva
verò par erat, quæſita eſſet, ſed loco ejus, n
quid privativi excogitatum, quo acetum
crearetur, quod tam altas in omnium anim
dices egit, vix ut evelli queat.

LI.

Namque & Zabarella, tametſi putred
maſculè debellarit, non poteſt tamen n
privationem conficere negocium. Nihilom
inſtar ſtatuæ mercurialis viam monſtravit a
ritatem, ad quam ipſe nō pervenit, licet m
excelſoque ſpiritu contenderit. Dum enim
in vino calores, duplex item humidum ſ
tur *lib.3. de miſti generat. & interitu cap. 7.* &
mnino ſignificavit poſſe nos, anatomiâ
ſtrâ, ad rei tam abſtruſæ quam obviæ not

ertingere: proprio fretus experimento, utpote
ui non alio quàm anatomiâ duce, humidum
ontinuans invenerit, quod Alchymiſtas inſtar
lei craſſi ex quolibet quantumvis arido corpo-
e educere, quod humidum oleaginoſum voca-
i, & ex aëreo & aqueo humido conſtare ſcribit,
b. alleg. cap. 7. Stringendus itaque denuò culter
Democritéus, & in Bacchi viſcera adigendus, ut
orpore nudato perſpectiſque interaneis, veniat
n propatulum, quænam in tam ſuavi ſucco cau-
a ſit tam tetræ acerbitatis.

CAPVT VI.

Ex anatomia vini demonſtratur vera aceti proſapia.

LII.

VVæ ſuccum triplice ſubſtantiâ, aqueâ nem-
pè, igneâ & terreâ contineri, ea inter experi-
menta eſt, quę in dubium vocare imperiti ſit, ne-
gare impudentis. Magna terræ potio partim in
fundo cadorum vinariorum conſidit, partim ad
latera concreſcit dureſcitque in lapidem, qui
græcis τρὺξ, recentioribus tartarus appellatur.
Quanquam ego cenſeam tartari nomen majore
merito competere liquido illi igni, qui ex latice
vitigenâ elicitur, vulgatæ jam per tabernas &
proſeuchas merci, quâ bibones hoc ævo gulam,
viſcera, corpus exurunt, ſimulque cum corpore
ſquallentem torrent animam. Quod ſupereſt, a-
qua eſt, quæ ignem hunc terramque illam, ſeri
inſtar, circumfluit ac perfundit, eaque nec mi-

nore copiâ, quam cæteræ duæ, poſtquam am-
barum diſceſſu ſola conſtitit, reſtagnare conſp-
citur.

LIII.

Totidem etiam partibus vinum in quart
ſimplicium capite tertio abſolvit conſtituitq
Galenus. Nam & terreæ fœcis fundum petenti
& aquoſæ ſubſtantiæ toti vino commiſtæ diſert
meminit: Laticem igneum, animam vini, ipſſ
met vini ſubſtantiâ vinoſâ deſignavit. Flos ver
quem tribus hiſce annumerat, non pars vini eſt
ſed ſpuma ſupervacanea, quam vi fervoris ſe
fermenti vinum & evomit & reſorbet.

LIV.

Iam verò hoc quoque conſtat, tres eſſe for-
mas ſimplices, quarum præſentiâ efficiatur, ut
dem ſuccus nunc muſtum, nunc vinum dicatu
denique & acetum, quod nos formâ peculia
non minus, quàm vel miſtum vel vinum dona
mus. Nam ſapa quidem, defrutum, poſca, & qu
ſunt id generis, non ſpecie à muſto ac vino, ſe
modo ſaltē quodam differunt. Quisquis tribu
hiſce formis ſimplicibus tres illas ſubſtantias r
tè nôrit componere, rectà perveniet ad aceti no-
titiam.

LV.

Nam qui recens à torculari manat liquo
chaos mihi quoddam videtur, in quo cœter
quidem elementa æquabiliter confuſa ſint, ma
nifeſta tamen eluceat unius aquæ ditio, qua re
liquorum poteſtas apprimitur & refrænatur, u

ſua

aviſſima dulcedine, amantem meri gulam, ne-
taris inſtar aut Ambroſiæ, muſtum titillet. Qua-
ropter fit, ut non credam Zabarellæ, perſua-
ere nobis conanti, quod vinum muſto dulci-
s ſit, *libr.3. de generat.& inter. miſti cap.8.* Nec
avare eum Ariſtoteles poteſt eo, quod omne
oncoctum dulce eſſe dixerit. Nam qui vel
rimis labris tum muſtum tum vinum deguſtâ-
it, poterit proprio marte experiri, non eſſe
erpetuum hoc, quod concoctum crudo ſit
ulcius, nec falſum, quod Maro muſtum dul-
e appellarit *Georg. 4.* Nam & nos qui procul
regionibus viniferis degimus, domi noſtræ
idicimus, Zythum, quod à recente cocturâ
tiamnum calet, muſto reſpondens, atque à no-
tratibus WEERT aut MEDDIKE vocatum
onge eſſe dulcius maturiori & adultiori. Ariſto-
elem denique judicamus, quum axioma illud
romulgaret, nequaquam eorum meminiſſe
ructuum, quorum omnis perfectio in ſummâ
ciditate ſita eſt.

LVI.

Porrò quemadmodum aqueæ ſubſtantiæ do-
minio partes igneæ terreæq; in miſto coercen-
tur ac contemperantur: Ita in vino præeſt ignis,
ubſunt aqua & terra. Propterea enim coqui-
tur ſuccus vitigena, non tam ut aqueus humor
abeat, quàm ut igneus latex prodeat, adeoque i-
gnis igne ſuſcitetur. Idcircò & Plinius tranſitum
muſti in vina expreſſit verbulo fervendi *libr.14.*
cap.9. quod nos ſolenni jam fermenti, quaſi fer-
vimenti, notione comprehendimus. Atque hæc

quoque caussa est, quod Aristotelem, quum inter aquæ species vinum in quarto quarti meteorologicῶn numeraret, hæsisse in vini cortice & involucris existimem, nequaquam pervenisse ad pulpam & medullam, quam multo igne flagrare vilissimus quisque è plebe scit, proindeq; nec in eo assensum mereri, quod calorem, qui vino inest, externum esse in vndecimo quarti meteorologicῶn decreverit: Nisi forte quispiam sibi imaginetur, ipsam quoque animam vivo in corpore peregrinari. Nam quod anima viventibus, hoc ignis vino est.

LVII.

Relinquitur ergo inter terram & acetum talis omnino proportio ratioque talis, qualis inter ignem & vinum, qualis inter aquam & mustum respectus commensusque intercessit. Estq; mea opinione generatio aceti nihil aliud, quam maturatio terræ vino insitæ, sicuti fermentum nihil aliud, quam maturitas terræ ejus, quæ frugibus inest. Quam terram diximus à recentioribus tartarum appellari, cujus ignoratio caussa fuit: quod ipsa quoq; tum aceti tum fermenti natura ignoraretur.

LIIX.

Nam quæ vetustiores naturæ consulti de tartaro tradiderũt, partim jejuna partim falsa sunt. Nil enim nisi fæcis nomen circumsonant, nil nisi fæcis in cineres redigendæ modum, in cineres redactæ vires medicatrices & similia è trivijs petita, quæ fabulis quoque adspersit Plinius, nec sincera prodirent, quæ vulgaria sunt. Nam quis cre-

credat, fæcem vini ſiccatam recipere ignes, ac ſine alimento per ſe flagrare? quis, cinerem fæcis naturam habere nitri, eaſdemque habere vires, ſibi perſuaderi patiatur? Vtrumque tamen apud Plinium legitur *lib.14.cap.20.*

LIX.

Aliquid de interiore anatomiâ guſtavit Dioſcorides, & quaſi ſub nube vidit ſolem *libr.5.cap.132.* ἡ γὰρ, inquit, ἀπὸ ὄξους ἐπιτέταται τῇ δυνάμει. Obſcura comparatione cognationem aliquam innuit, quæ tartarum aceto, acetum tartaro jungat. Ipſum tamen vinculum neſcivit, quod mutuo nexu ambo colliget. Hoc verò artifex anatome, ex communi aciditate, quæ ambobus ingenita eſt, nectere cæpit, efficitque adeò, ut aceto nihil aliud affirmarim eſſe, quam tartarum liquidum ac fluxum, tartarum nihil aliud, quàm acetum ſolidum ac fixum, utque acetum tartarum aquoſum, & vice versâ tartarum acetum terreum dixerim in Paradoxis *lib.2.cap.7.*

LX.

Omninò enim, veluti tum & tamdiu in ſalvo eſt vinum, quum & quamdiu ignis terræ imperat: Ita ubi attollere caput terra cæperit, & ad ſuam ſive maturitatem ſive perfectionem ſive ἀκμὴν adſpirare, protinus acetum ſubnaſcitur. Quod ipſum ego credo non magis eſſe vinoſi caloris expers quàm terræ acetoſæ expers vinum ſit: Tametſi neque hoc negem, ſed potiùs ſummoperè inculcem, modum, quo utrique utrunq; inſit, eſſe longè diverſiſſimum. Dictum enim vel antea, ut in vino ignis ſub fræno habeat terram,

ſic viciſſim in aceto terram dominari, domari i-
gnem.

LXI.

" Atque hæc quidem opinio, nequaquam à pe-
" ripato abhorret. Ariſtotelis verba in ſecundo
" tertij de generatione animalium hæc ſunt: Vt
" vina temporibus calidis coaceſcunt fæce ſub-
" versâ (hoc enim cauſſæ eſt, ut depraventur) ſic
" ova pereunt vitello corrupto. Id enim in utriſ-
" que terrena portio eſt. Quamobrem & vinum
" turbatur fæce permiſtâ, & ovum vitello diffuſo.

LXII.

Zabarella ab alijs principijs aceti originem arceſſivit: quæ ſi noſtris conferantur non parùm roboris ac ſplendoris tenella ac recens acquiret veritas. Contrahenda ergò ſunt in ſummulam quæ quatuor ultimis capitibus libri tertij de generatione & interitu miſti, fusè diſſeruit philoſophus verè nobilis.

LXIII.

Is igitur quum pro eâ quâ excelluit acerrimâ judicij acie perſpexiſſet, in aceti generatione nullas eſſe partes putredini, atque omninò negandum putaret, acetum eſſe vinum putrefactum, & vinum mutari in acetū per putrefactionem: Noluit rem controverſam inexplicatam relinquere, nec in ſuſpenſo tenere animos avidos ſciendi, quid demùm reverà acetum ſit, quonam ſeſe pacto generatio eius habeat.

LXIV.

Itaque ad artificium anatomicum converſus, vinum in geminum calorem, itemq; duplex hu-
mi-

midum diſpeſcuit, atque eum in modum qualitates vini diſtinxit, ut vino, quum à vivente corpore defluxerit, duos calores ineſſe diceret, unum elemẽtarem ſeu temperaturæ, alterum verò animalem ſeu vitalem, qui inſequitur animam, eſtque à vite in vinum transfuſus: Licet non neget interim, duos illos calores in vino conflari in unum, quemadmodum à duabus candelis in uno eodemque conclavi lucentibus, unum idemque numero lumen, licet intenſius, quàm ſit alterutra ſeorſim luceat, proveniat. Sic etiam negaret nos non poſſe duplicem humiditatem, ut eam apertè ponere Galenum, dum diſtinguit in vino ſubſtantiam vinoſam & ſubſtantiam aquoſam. Vinoſam enim ſubſtantiam habere illud humidum, quo fiat conjunctio partium: humidum verò aquoſum eſſe illud, quod contractum eſt ex alimento, quod ad uvam in vite confluebat.

LXV.

Hiſce conſtitutis ac præmiſſis rem ita decidit Zabarella, ut arbitretur dicendum eſſe, acetum fieri per interitum caloris vitalis, manente calore elementari: proinde ſine ſeparatione humidi continuantis à ſicco: contrà quàm vinum putridum, quo fit per corruptionem caloris temperaturæ ſeu elementaris, quam inſequitur ſeparatio humidi continuantis à ſicco, quæ eſt putrefactio.

LXVI.

Hoc enim ita eſſe maximè ex eo comprobari, quod

quod his admissis ratio facilè reddatur omnium, quæ vino contingere cernuntur: Exempli gratiâ, quur vinum dilutum ac tenue facilè putrescat: quare vinum merum ac generosum difficiliùs putrescat, faciliùs acescat: quare acetum factum ex vino tenui & diluto faciliùs putrilagine corripiatur eo, quod ex generoso factum est: quur etiam Aristoteles aqueam naturam vino addixerit caloremque alienum: quur acetum rectiùs vinum mortuum, quam putrefactum dicatur: quare acetum facturi, vinum vel radijs solaribus vel alij calori medico exponamus: quare ex vino novo non facilè fiat acetum, sed ex vino vetustiore: quare acetum frigidum & humidum actu sed facultate exsiccativum sit: quare acre idem & mordax, & quæ sunt id genus alia: In quibus nos non tam ingenij magnitudinem, judicijque dexteritatem admiramur, quàm animi generosi candorem laudamus propè divinum, expressum clausulâ humanissimâ, quâ se pollicetur non recusaturum subscribere sententiæ ejus, qui probabilius aliquid invenerit. Quare per Zabarellam audacter pergere nobis licebit in studio veritatis. Ipse enim non tantum vltrò ignoscet, verum etiam peramanter favebit tentaturis, quâ ratione possimus, præterito probabilitatis Topicæ bivio, regiam occupare viam apodicticæ certitudinis, & solidi aliquid extruere, quod tollat opinionem, scientiam formet ac firmet.

LXVII.

Ordiri à vinosâ substantiâ debeo, & docere, quid-

quidnam propriè & reipsâ ſit illud, cui Galenus id nominis indiderit. Demonſtratio eſto hujuſcemodi. Ea vini pars, per quam vinum habet, & quod vinum ſit, & quod mixtum ſit, & ſine contradictione ſubſtantia vinoſa. Atqui liquidus ille ignis, vel liquor igneus, qui per æreos vitreoſve tubulos vulgatiſſimo hodiè artificio eiicitur, eſt ea vini pars, per quam vinum habet, & quod vinum ſit & quod mixtum ſit: Concluſio oritur inconcuſſa, liquidum illum ignem ſeu igneum liquorem ipſiſſimam eſſe ſubſtantiam vinoſam.

LXIIX.

Propoſitio major nullâ eget probatione, quũ extra controverſiam ea ſit ſubſtantiæ vinoſæ ratio & conditio, ut reliquas partes ad certam miſti ſpeciem contrahat, proindeq; Zabarellæ non immeritò dicatur habere illud humidum, quo fit partium conjunctio.

LXIX.

At propoſitio minor clariſſimâ anatomes luce refulget. Dempta enim ſeparataque vitæ aquâ, quam vocant, nil niſi tetrum ex vino remanet cadaver, & deformis atq; incompoſita colluvies, quæ non magis cohæret, quam vel ſcopæ diſſolutæ vel funiculus ex arenâ, remanet, inquã, & ſine anima corpus, & ſine ſole mundus, & ſine luce dies, & nox ſine ſydere. Vſque enim adeò & in animando (ſi ita loqui liceat) potens eſt vini ſpiritus, & in uniendo efficax, ut vina quoq; morti vicina & jamjam animam agentia, eo infuſo, inſtaurentur ac reviviſcant. Vnit autem ob

viſco-

viſcoſitatem oleo æmulam, qua efficitur, ut non guttatim & ſparſim ſed ſtriatim & junctim in alembico defluat, partibus ejus quaſi glutine quopiam ſubtili compactis: Animat ob ignem vivificum, qui in vino, ut principiato, moderatè calet: In ſpiritu, ut principio, ultra modum fervet sic ut flammâ quoq; luculentiſſima inardeſcat.

LXX.

Atque hac quidem ratione idem ſpiritus non tantum caloris focus eſt: ſed & centrum, in quo ſpecificæ vini vires confertim coëunt. Sive enim ea ſit vini proprietas ſubſtantialis, ut Mercuriali videtur, ſive, ut Platerus vult, quodque eòdem recidit, occulta narcoſis, quæ faciat, ut inſaniant homines, utque ſupplicij cauſſa hominibus datum eſſe vinum Plato in legibus arbitratus ſit: Certè equidem ad mentis alienationem, vel decuplo ſpiritus meri ipſo potentior mero eſſe deprehenditur, ut vel hinc conſtet; ſubſtantiam vinoſam eſſe, in quâ ceu proprio atque οἰκείῳ habitaculo, tantum liceat proprietati ſubſtantiali, nec de nihilo ſit, quod vinum convulſiones inducere ob aquam ardentem ſtatuerit Cardanus: Etiamſi Cardanum nugari Mercurialis exiſtimet *Comm. in Progn. Hipp.* Sed condonandum hoc Mercuriali, utpote anatomias ignaro, veluti & illud, quod ſimili imprudentiâ dicam an imperitiâ, negârit, vinum habere viſciditatem: *Tract. de aquâ & vin. cap.* 4. Quum tamen tum vino tum partibus vini igneis atque terreis tam perſpicua inſit viſciditas, ut ipſos feriat ſenſus.

LXXI.

LXXI.

Quibus ita constitutis, corruit mox distinctio calorum, quam Zabarella ingeniosè magis quam verè excogitavit. Quanquam enim credat, non posse existere in eodem subiecto duos calores tanquam duo distincta individua eiusdem speciei, sed unum esse calorem intésiorem, ex utroque conflatum: ita ut duos dicere nihil aliud sit, quam dicere duo distincta principia, à quibus profluunt plures caloris gradus, quam ex altero tantum, ita ut simul conjuncti constituant unum numero calorem intensiorem, qui secundum aliquos gradus est calor elementaris, secundum reliquos verò est calor vitalis *libro 3. de generat. & inter mist. cap. 7.* Non tamen assensum meretur ea, quantumvis satis speciosa ac plausibilis opinio, quæ entia absque necessitate multiplicat, & duobus principijs acceptum refert, quod uni ac simplici substantiæ vinosæ erat adscribendum, quam nos paulò ante ostendimus, vino & vini formam & misti pariter elargiri.

LXXII.

Nec Zabarellæ patrocinatur semen vel animalis vel plantæ, in quo præter calorem elementarem Aristoteles vitalem etiam calorem, elemento stellarum proportione respondentem, agnoverit. Duum enim calorum duplex quoque principium est in unoquoque semine prolifico, eorumq; unus ab animâ, alter à formâ misti. At vinum animatum esse Zabarella præcisè negat capite octavo libri jam modò allegati, diser-

disertissimè in sexto ijs contradicit, qui animatu[m] vino tribuerunt.

LXXIII.

Quapropter etiam duarum candelarum un[a] extinguenda, altera linquenda est, quam ab vn[a] substantiâ vinosâ vinum satis accipiat & lucis & caloris, neque opus sit ab unanimâ quicquam horum emendicare: idque ob hanc ampliù[s] caussam, quod & ipsa luminis unitas, quam [a] duabus candelis Zabarella proficisci autuma[t] nullius momenti sit, hoc argumento, quod du[æ] candelę accensæ ex vno atque eodem indiuidu[o] duas distinctas vmbras, atque idcircò duo etia[m] distincta lumina, in uno eodemque conclavi e[f]ficiant.

LXXIV.

Neque imaginari mihi possum, quomod[o] absque animâ animalis calor tamdiu queat i[n] vino conservari: quomodo in corpore nõ viv[o] vitalis calor tãdiu solus & per se subsistere. Cert[è] enim caloris seu animalis seu vitalis præses a[c] custos una est anima: Hãc ille velut umbra suu[m] corpus insequitur. Vbi ergò anima adfuerit, ib[i] adest & calor: Vbi eadem abfuerit, ibi non po[t]est animę satelles diuturnam moram trahere, se[d] tanquam exul & extorris abire gestit in patriam.

LXXV.

Quare Zabarella docens, vinum, quamvis a[n]imatum non sit, ferre secum calorem ab anim[a] sibi insitum & impressum, exponat, si potes[t] quidnam sit, quod in vino peregrinum calorem tandiu detinere possit. Certè qui dat tollit v[...]

for[...]

ormam, dat etiam tollitve unà, quæ formam consequuntur. Vinum animæ expers non potest multum de calore seu animali seu vitali gloriari, nec diu gaudere invito hospite.

LXXVI.

Atque adeò hinc etiam liquet, quanti facienda sit illa Zabarellę adsertio, quæ concludit: Acetum fieri per interitum caloris vitalis, manente calore elementari, proinde sine separatione humidi continuantis à sicco: putridum autem vinum fieri per corruptionem caloris temperaturæ seu elementaris, quam insequatur separatio humidi continuantis à sicco, & hanc esse putrefactionem.

LXXVII.

Nam quod de putrefactione affert, ambabus quidem ulnis amplectimur: At interitus caloris vitalis, non minus in vino imaginarius est, quàm ipse quoque vitalis calor commentitius. Ab unâ substantiâ vinosâ unus in vino calor est, qui & genium amabilem vino afflat, & simul humidũ cum sicco temperat ac terminat: Cujus & interitus situm facit, & vigor vinum, & vicissitudo acetum. Estque in præcedentibus expositũ, quomodo ignis in terram imperio vinum constet; acetum, terræ dominio in ignem:

LXXIIX:

Ex quo intelligi potest, quod neque ex parte, neque ex toto, neque quoad gradus in aceti generatione pereat calor: quippe qui etiam acrior in aceto potentiorque quàm in vino; & earum edax rerum, quæ vino ne libare quidem fas, de-

fermentationem, quam quasi per transennam aspexit Zabarella, quando humidum vini aquosum & alimentale resolvi à proprio calore dixit; *lib.3.operis multotiens allegati cap. 9.* quando pati idem ac consumi à calore vini animali asseverat, & cum calore illo vitali hanc conditionem servare, ut consumat humidum *cap.10.* Illa enim caloris irrequieti in suum humidum jugis & continua actio & labor (laborem enim nostrates vocãt sermone vernaculo) nihil aliud est, quam fermentatio, quæ non tantum humidum exhaurit ac disperdit, verum etiam terram maturat atque exaltat.

LXXXII.

Vnde jam non diu deliberandum nobis etiam quidnam responsuri simus, interroganti, quare ex vino novo non facilè fiat acetum, sed benè ex vetustiore? Non quivis per se intelligit, faciliùs transiri à medio ad extremum, quàm ab extremo ad extremum. Citiùs puerum quàm infantem adolescere, adolescente citiùs senescere virum. Sic & vino suæ sunt ætates, quarum extrema acetum, veluti senectus, occupat.

LXXXIII.

Nec dissentit aceti temperamentum, sed ratio temperamenti alia reddenda est. Neq; enim frigidius vino sicciusve acetum efficitur calori discessu vel absentiâ: quippe qui satis masculè sese in aceto gerat, ut nec sibi nec aceto dedit durissimis quoq;, quæ consumit, corporibus superſit: Sed unius terræ præsentia & excessus tantum secum algoris simul atque ariditatis vehit.

Est

Estque terra velut quædam radix, à quâ aciditas propemodū omnis in mistis pullulat & progerminat. Hoc hactenus in aceto, fermento, brassicâ, in frugibus quibusq; & fructibus tam perspicuè docui, ut ipsi etiam aceto, quod sales exspirant, maximam partem accomodari possit. Maximam, ajo, partem. Nam absoluti aliquid de eo tradere, nec opis meæ est, nec operæ præsentis. Idcircò de re nondum satis perspectâ, cum Critone Terentiano, deliberandum censeo ampliùs, maximè, quia ipsa aciditas nobis à Platone, non ut effectus proponitur, sed ut caussa supponitur, neque ut affectio demonstranda venit, sed ut medium demonstrationi inserenda, si meretur. Quare quid quantumve in fermentatione possit, capite sequenti enarrabimus, ut ad veram causam (neq; enim in aciditate acquiescere possumus) eo propiùs accedamus, & quasi per gradus ascendamus.

CAPUT VII.

Vis aceti in fermentatione.

LXXXIV.

ACeti nequitiæ inest virtus ad magnos usus, & sine quîs vita mitior degi non possit, verba sunt Plinij *lib.* 14. *cap.* 20. Nam cibos quidem & sapores non alius magis succus commendat aut excitat, id quod ab eodem dictum *lib.* 21. *cap.* .Adeoque, ut & ipse affirmat, in totum domitrix vis hæc non ciborum modò est, verùm & rerum plurimarum. Quomodo autem plurimas res domet, idem tribus verbis significavit, quan-

do terrę infusum spumare dixit. Ita videlicet fer-
mentationis vis exprimitur, & per singula tum
aceti tum terræ genera ituris, strictâ sententiola
amplissimus fermenti campus aperitur.

LXXXV.

Nam veluti terram acetum afficit, ita & o
testam, & lapides & metalla plæraque salutat;
ta nitrum quoque seu alumen seu cretam exag
tat, id quod inter proverbia sua retulit Salomo
*cap.25.vers.*20. Ita & Hippocrati creditur, su
cum atrabilarium concitare, quod eo modo fie
ri statuit Mercurialis, quo Plinius aceti gustu pr
cipuè murænas in rabiem agi commemorat *lib.*
9.c.23. Quanquam ego putem, melancholiæ a
micius esse acetum, quàm Hippocratem vell
velit Mercurialis.

LXXXVI.

Sive enim lienem, melancholiæ metropoli
spectemus cum proprietate naturæ delectari
ceto Averroës, cæteriq; propemodũ Arabes pr
diderunt, videlicet propter saporẽ acidum simi
melancholiæ, quâ nutriatur. Nec cõtradicit Ga-
lenus, qui acetum maximè lieni convenire si
accom̃odari author est, quoniam desiccet, atte-
nuet & incidat crassitiẽ & viscositatẽ: Sive ipsa
melancholian splenis incolam contueamur, co
stabit, benè ei cũ aceto convenire ob temper
menti similitudinem, tum & acetum benè de e
mereri, vel solâ Galeni commendatione, ut pr
inde in curandis affectibus melãcholicis sorb
tionem aceti jure meritoq; tum Græci cũ Arab
magnifecerint, nec quicquã causæ fuerit Ioan

P'

Papio, quare acetum ſpleni inimiciſſimum eſſe affirmaret, in cenſura pharmacopeias Querceta-ni. Præſertim quia Scopo Splenetico acetũ mul-ſum in potu dedit *Hipp.2.Epidem.Sect.3.*

LXXXVII.

Hunc verò nodum in practicâ ſuâ incîdit po-tiùs quàm expedit doctiſſimus Mercurialis. Nã quod negat acetum melancholiæ cõvenire pro-priâ ratione, ſed tantum per accidens convenire contendit, ſcilicet ut ſit vehiculum aliorum me-dicamẽtorũ, quæ conveniunt melancholiæ *lib.1. c.10.* Id verò tanti eſt, ut nec ipſi Mercuriali ſatis-faciat *lib.3.c.23.* Quum ſuperiora argumenta ſa-tis ſuperque evincant, non tantum per accidens verùm etiam per ſe, nec ut vehiculum duntaxat, ſed & propriâ ratione convenire.

LXXXIIX.

Neque verò melius hanc rem definivit diſtin-ctione melancholię in ſubſtantiam & qualitates: quâ putat difficultatem omnem tolli, ſi dicatur, melancholiæ qualitates augeri aceto, ſubſtantiã verò melancholiæ aceto imminui. Quomodo autem augeri qualitas poſſit, non auctâ ſubſtan-tiâ: Id verò philoſophis diſceptandum Mercu-rialis relinquit, & dum lucem inferre vult, tene-bras multò ſpiſſiores offundit.

LXXXIX.

Æquè infeliciter rem in proprio commenta-rio dilucidavit. Etſi enim rectè Galenum notat, quod difficultatem hanc diſſimulârit: dum ta-men ex alijs Galeni locis eam enodare conatur, modum quidem, quo acetum melãcholian fer-

mentet, satis apposite tradidit, in cætero ami-tiam aceti & melancholiæ apertissimè adst-xit.

XC.

Nec quidquam eum sublevat discrimen ac-in intrinsecus acceptum, & extrinsecus usurp-tum. Etenim pro utrovis rationes superiores m-litant, quas quia video infringi non posse, co-quidem effatum Hippocratis eâ parte amplec-quâ fermenti capax decernitur succus atrabi-rius: At quæ fermentationem illam vel consec-vel comitari Hipp. edisserit, non pluris facio, q-illud, quod animum humanum ægrotare, feb-citare, & ad mortem usque augeri scripsit. Qu-quam enim Hipp. nec fallere nec falli potu-Macrobius testatus sit, ejusque dictionem V-Dei Galenus æquiparârit: quoniam tamen ip-geminum errorem suum in quinto epidemio-uti Celsus & Plutarchus annotârunt, ingenuè f-tetur, licebit quoque nobis tantò confidenti-credere, quod vel pluries potuerit bonus do-mitare Homerus.

XCI.

Cœteri quique succi, prout sapore acetum v-referunt vel æquant, perinde quoque paria cu-aceto vel similia faciunt in fermentatione. M-nerales verò, quando sunt aceto asperiores, ta-to & altiores spiritus tollere, variis ac multipl-cibus cognoscet experimentis, quisquis sub exa-men revocaverit, quæ de fermento spiritûs san-guinei tum in anatomiâ tum in medicina ani-malium ex professo tradidi: quæ de salium fer-

men

mento ferri, deque fermento, ut vocant, butiri antimonialis, annotavi suo quodq; loco invenienda in Paradoxis.

XCII.

Pertinet huc, quod de spirituum tartarei ac sanguinei affinitate illîc dixi. Sapor, odor utrobique idem. Tartareus quoq; ebullit, si ei stillas acetorum mineralium insperseris. Sed, ut hoc obiter moneam, vim illam fermentandi amittit rectificatione, quæ quantum claritati eius studet, tantum decidere de viribus cognoscitur, quod dempto quasi aculeo elanguescat rectificatus & obtorpescat.

XCIII.

Imò verò ejus sum sententię, nullam omninò dari nec lapidis nec metalli solutionem, quin aceti & terræ coitu, quin cum bullis & spumâ obtingat: Atque inde etiam originem ducere, quæcunq; in humido calcinationes, notas alicujus fermenti reddant.

XCIV.

Adeoque ipsam etiam Andromachi theriacē, me arbitro, non aliâ de causâ ingreditur chalcitis, quàm ut acore suo, quem à spiritu sulfureo, ut in historiâ chalcanthi alibi ostendi, traxit, promoveat fermentationem, unicam virium dispensatricem, quibus pollet theriace.

XCV.

Fernelius quidem in septimo Methodi utiliter prætermitti posse chalcitin putat, idque eum & Valerij Cordi imitatione fecisse scholiastes Fernelij Plantius monet, & inprimis consentaneum

neum videri. Cum enim medicamentum id præsertim ustum sit causticum, escharoticum, & internis visceribus infensissimum, nihilque ad ullum intetiorem affectum conferre proditum sit, nõ esse Plantius decernit, quur tanto incommodo & saporis insuavitate in hanc compositionem admitti debeat. Sin, ut quibusdam videtur, compositionem totam nigriorem reddit, nõ debere in unam coloris gratiam sapore & viribus tantoperè corpori incomodari. Eo subtracto compositionem totam utiliorem, minus acrem & calidam & suaviorem evadere.

XCVI.

Verum enimverò quid in tanta compositione possit tantillum chalcitidis? quid in magno obsonio parùm condimenti? & in viginti circiter libris uncia chalcitidis dimidia, & in unâ theriaces drachmâ, chalcitidis non granulum sed octava duntaxat granuli particula? Qui circa chalcitidis atomum, eumque operasâ misturâ tantum non obliteratum tam scrupulosus est Plantius, quidnam quæso Aristoteli respondebit, qui sinceram oxalmen agri Sicanici incolis in Siciliâ, in quibusdam epularum generibus pro aceto fuisse scripsit in tertio secundi meteorologicῶn? Quid Dioscoridi, quid Plinio reponet qui integræ drachmæ pondere, chalcanthon adversus ventris tineas & venena fungorum vel vorare jubent vel lingere? Nam de acidularum potu nihil jam monebo, quod parum æquum balnearum tibicinibus Fernelium fuisse, cognôrim ex Consilijs.

XCVII.

XCVII.

Plantius verò pergit,& chalcitin ex albo nobilissimæ antidoti contendit non tantum expũgi debere,ut noxium,sed&posse,ut superfluum. Negavi, noxium esse, quin supervacet, negare non possum,nisi stimuli instar esse dixerim ciundæ fermentationi.Hocque & Quercetanum rectè monuisse in pharmacopœia instituta, ubi de antidotis agit,& Matthiolum intellexisse puto, quando pro chalcitide tantundum olei calcanthini magnæ suæ antidoto, consultiùs multò ac præclariùs, quam vel crudam vel assam chalcitin importavit.Sic quidem,ut apparet,fermenti studiosior,quàm atramenti. Quia proculdubio neq; abs re existimavit,denigrare theriacen,non magis ad efficaciam vel nobilitatem antidoti conducere,quàm cerussare genas ad elegantiam faciei faciat. Quanquam ego etiam dubitẽ,num pauxillum chalcitidis tantum nigrorem inducere possit,quantum theriacen infecit.Nam quod nigrior sit mithridatio theriace, idipsum non tam in uno chalcitidis absentia,in altero chalcitidis præsentia facit,quàm quantitas, ut arbitror,opij aliorumque succorum nigrorum, quæ major theriacæ, minor mithridatio inesse deprehenditur.

CAPUT IIX.

Aciditas non est causa fermentationis.

XCVIII.

ATque ita quidem veritas constat sententiæ ejus, quâ Plinius affirmavit, palàm natura esse,

esse, acore fermentari *lib.18, cap.11.* Vtrum aute fermentationis causa acor sit, nec ne? non ime tò quærere possunt, quibus Platone clarior veritas. Quanquam enim earum, quæ in ferm tatione obtingunt, affectionum caussa, Timæ dictatore, aciditas appellatur: Ego tamen nu quam adduci potui, ut crederem, aciditaté po in apodixi tueri locum causæ. Namque, & quo fermentatio quādoq; sit causa aciditatis, & quo multa citra acorem ullum fermento corripia tur, non uno experimento didiceram.

XCIX.

Quod fermentatio sit caussa aciditatis, pat in succo frugum ac fructuum, quem dispari fe mentationis eventu, nunc eliciendæ aquæ ard ti idoneum evadere, nunc aptam aceto stillatit materiam præbere, statim ab initio comemor vi. Consimiliter & cramben liquet & vinum c gnatosq; liquores quoslibet exacescere. Imo ve rò ipsum pistorum fermentum, fermentativi ca loris sobolem esse, nisi fallor, demonstravi.

C.

Est præterea ubi etiam absq; acore fermente tur: Sive elementa spectes, sive quæ ex element orta sunt. Nam quidnam illud esse putes, quod i mistione elementa alteret atque exagitet? quo vinum, cervisiam, mulsam, aliaque id genus mi sta acoris expertia efferet & spumare faciat? Spi rituum quoque qui tum ex vino tum è sanguin prodit, neuter acidus est; Confusi tamen etsi n magnas perpetuas tamen bullas attollunt, ne nisi cum ipsis spiritibus desituras. In calce vivâ

vi-

ivum fermentationis, quæ absque acore fit, exemplum proponitur, quod operæ erit, accuratius aliquanto contemplari.

CI.

Vivę calci aquam infunde fervebit, Seneca ait, lib.3.*Natur.quæst.c.*24. Hoc Plinius miratur. Mirum, inquit, aliquid cum arserit, accendi aquâ *in* 36.*cap.*23. Et certè mirum, quod concrematum semel est, frigidâ denuo fervefieri & inardescere. Quanquam enim calx nostrâs, quæ ex conchulis marinis exuritur, nequaquam incalescat multò minus incendium concipiat: Non tamen de experimenti fide dubitabo, si eam assumpsero calcem, cui materiam præbuêre lapicidinæ: hac tamē conditione superaddita, ut recens ea calx sit. Nam vetustam prorsus effœtas habere vires cōperi, sive quod temporis diuturnitate expirarit ignis, sive quod tractus ab aëre humor paulatim vim extinxerit ignibus concipiendis idoneam.

CII.

Hîc verò fermenti vim fateri cum I. Pinciero & agnoscere par est, ex *lib.*3.*Ænigm.*30. Nā quod Cardanus, Scaliger horumque sequaces antiperistasin constituant tanti tumultus atque incendij tubam ac facem, id prorsus de nihilo esse; solidè firmiterque Pincierus ostendit.

CIII.

Etenim quod ignis in calce occultus aquam ...ere & fugiendo coire valentiorq; reddi cre... : Hoc ipsum sensu Pincierus confutat, do...que eandem illam calcis partem incalescere, quæ fuerit & madefacta, sive aqua eam attigerit, si-

ſive vapor aqueus. Ergo ſi calcis glebam dimidii ſui parte immergas, citiùs illam ipſam calorem contrahere, quæ ſub aqua eſt, quàm quæ ſit ſupra eam: Non verò calcem, ut Scaliger vult, quanta extra aquam eſt, incaleſcere, recepto videlicet calore, qui tanquam exul è parte aquæ mersâ profugerit. Fore enim, ut ſi ignis ille latens aquam fugeret tanquam hoſtem, ſimul etiam derepentè occuparet partem illam, quæ extra aquam manſit, relictâ illâ, quæ ſub aquam eſt demerſa. Iam verò contra fieri, calcemq; tanto eſſe fervidiorem, quantò aquæ ſit propinquior, tanto frigidiorem, quanto remotior ab aquâ atque vapore.

CIV.

Hoc uno radicitùs evellitur antiperiſtaſis: quod tantum abſit, intereſſe quidquam, frigidâ an calidâ conſpergas calcem: ut calida etiam ad excitandum fervorem efficaciæ ſit & celerioris & uberioris.

CV.

Vnde jam inpoſterum non tantum valedicere licebit commentitiæ antiperiſtaſi, verum etiam ſubſtitutâ in ejus locum fermentatione captivam ducere ſub ſenſûs triumpho opinionem, ſi quæ ſit, quæ vel minimam in calce aciditatem imaginari ſibi auſit.

CAPVT IX.

Vera fermentationis causa ex Platone eruitur & adstruitur.

CVI.

HOc ergò unum superest, ut subjecto proprio adæquatam quæramus causam, quam inventu facilem, ne alio nobis duce opus foret, ipse Plato reddidit. Quod si namq; seriò Timæum interrogemus, quidnā in fermentatione esse putet, quod in angustas venas partesq; terrenas ingrediatur, quod terrestrem humiditatē commoveat, excavet, rotundet, obvolvat, extendat atq; attollat? Nisi eorum, quæ unâ atque alterâ paginâ, antequam fermentationem traderet, philosophatur, oblitus sit, responsurum scio, illud istud ipsum esse elementum, quod in omnia maxime penitret, quod ob angulorum tenuitatem & laterum acumen & partium parvitatem & motionis celeritatem vehemens fit, & secandi vi præditum, quicquid occurrit, celeriter secet. Ignem, opinor, intelligis, cujus tanta vis est, ut Plato dixerit, quod compactam terram solvat prçter ignem nihil. Nulli enim præterquam igni ingressum relictum esse.

CVII.

Caussa respondere effectui debet. Effectus operosus actuosam requirit causam: quam à Platone præteritam fuisse miror, quum reliquis tribus elemētis suas cuiq; partes in fermentatione assignaret. Nam ipsa quoq; aciditas, in quantum

est

est fermentationis opifex, in tantum igneæ participeps acrimoniç arguitur, ideoq; vel ob id quoque à definitione sciẽtificâ exulare debet, quod causæ non ejus quæ per se sed quæ per accidens dicitur, rationem obtineat.

CIIX.

Quidnam verò causæ sit, quod nihilominus acidorum tam frequens in fermentatione usus; tam celebris energia deprehendatur, non frivolè unà cum Platone quæsierit Plinius. Si res meæ sit arbitrij, omninò statuerim, ita demum elevari materiam fermentabilem, quum & penetretur rarefiatque, simul etiam stipetur ac cogatur. Utrumque Plato prolixis verborum ambagibus more suo significavit. Hoc enim sibi volunt ingressus, motus, mixtio, obvolutio, excavatio, circumtensio, rotundatio, consistentia, elevatio, ebullitio, cœtera quibus fermentationis scenam extruxit. Iam verò quum acida quæcunque geminâ substantiâ, igneâ videlicet & terreâ polleant: quantum quidem illâ subeunt ac tenuant, tantum terreâ hærent ac cogunt. Hæcque adeò adversantium invicem qualitatum pertinax colluctatio, fermentationis universæ fundus est, quemadmodum principium ejusdem activum nullum aliud prçter ignem constabiliri, neq; potest neque debet.

CIX.

Intelligi autem par est, ignem rebus innatum seu connatum, non enim qui à foris est, sed tum intrinsecum, tum, ut barbarè loquuntur, nec barbarè sentiunt, intrinsecatum. Externus enim

cau-

caussa est fermenti remotior; quia per eum duntaxat suscitatur atque in actum educitur internus, solus atque unicus fermentationis author, licet non uno actus suscitabulo erumpat.

CX.

Quanquam enim ad hoc, ut internus calor suscitetur, multum possit calor ambientis: præpotest tamen quandoq; occultior idiotismus, qualis in solutionibus auri & argenti, quo vis potentius igne, liquores igneos in fermentum agere, eosque vi quadam peculiari nunc in hoc metallum, nunc in aliud armare conspicitur. Repetamus ex superioribus qui calcem vivam concitet, quid sales botanicos acetaq; mineralia exagitet, quid ferrum, quid butyrum stibij faciat tanto opere atque impendio fermentescere.

CXI.

Operatio arguit formam. Æstus & fumus internuncij sunt ignis, & quidem hisce in exemplis interni ante omnia ignis, quem se solo fretum, nullius externi caloris indigum, laxare diximus furoris habenas. Nam calx quoque ipsa, etsi ab extraneo igne cognatam ignibus facultatem cōcepisse creditur, ex se tamen ipsa habet, quod ardeat. Quod si namque peregrinus ignis illud sui vestigium impressit calci: quæro ego, quare non idem quoque calci nostrati, quæ ex conchulis marinis fit, impresserit? Calcis formam huic dedit perinde atque illi communem: quare non simul dedit & illud, quod formam consequitur? si consequitur, & non potius, ut nos volumus, internum ex calcis materiâ quā externū ab igne

principium habet. Id quod conijcere possis ex hoc, quod ipsi per se lapides attriti percussi lucidas vibrent scintillulas, quas frustrà ex imbo libus conchulis excuderis vel extuderis.

CXII.

Quænã verò sit vel antipathia vel sympath quæ ignem vivæ calcis lapideæ cum aquâ, sa botanicos cum acetis metallicis, ferrum & bu rum antimonij cum liquoribus stygijs comm tat, haut facile dictu est. Effectus patet, nec ca sa latet, sed latet caussæ cohæsio cum effectu, potiùs ipsa cohæsionis causa, quę qualiscunq; inter mediatas fermentationis caussas unâ c igne externo referẽda est. Nam immediata n la alia est, quàm internus, ut dixi, ignis: qui q modo in suum subjectum agat, quomodo sul ctum ab eodem afficiatur, id à Platone pro expositum video.

CXIII.

Primò omnium requiritur ingressus. Hu gni terra præbet, per angustas, quibus hiat, nas, quas Aristoteles in fictili, nitro, terrâ, fria libus, fragilibusq; observavit, appellavit fora na *lib.4.meteorol.cap.8 & 9*. In hasce venas, in foramina quum sese insinuat ignis, minimè g tiũ ociatur aut segnescit, sed, quod est in orc secundũ, movet atq; exagitat terram, extenu do scilicet eã & dirarando, inq; omnes quaq versum demensiones diducendo atq; explic do. Quo ipso non tantum fit partium ignea cum terrenis mixtio, sed earundem comixta obvolutio, dum ima sursum contendunt, sum

de:

deorsum recedunt, continuaq; hac vicissitudine quasi in gyrum circumaguntur, & omne quod in imo jacet, in summam partem vis caloris ejectat ut loquitur Seneca *Epistol.* 87. Id quod in fermento succi tum ejus qui è vite, tum qui ex cetere, tum etiam ex pomis & piris manat, cernere est oculis etiam plebéis.

CXIV.

Hoc minimè plebeium, quærere, quanã porrò ratione ignis terram excavet? undenam non tantum bullæ, verum etiam evidens in bullis rotunditas? Quum enim ignis sit figuræ pyramidalis, consentaneum oppidò videbatur, ut effectus imitaretur effectorem, talisque evaderet, qualis est, à quo producitur. Respondeo: Vt in Logicis conclusio sequitur partẽ debiliorem, ita in physicis opera naturæ conditionem suam seu modificationẽ accepere à materiâ. Quare etiam bullis principij non à quo sed ex quo oriuntur afferare formam, atq; adeò non pyramidis sed globi specie figurari.

Mercur. Com. in 7. Aphor. 34. Fit etiam ob hoc ut bullæ sint rotũda figura, quoniam scil. cum ventus exire tentet, sursumq; feratur, circumtendẽs sibi humorem, illum undequaq; acuminat, sicqu è rotundita efficit.

CXV.

Omninò enim, non quantum potest, agit ignis, sed quantum permittit terra. Agendi penes eum potestas est, legum modumq; agendi terra determinat, si cætera rectè sese habeant. Liber si sui juris terram protinus in unam naturam converteret, sibi assimilaret, in se transmutaret, atque in propatulo non pauca fermenti genera, quæ non tantum calore atque æstu commoveri videas, sed & in flammam clarissimam erumpere.

CXVI.

Et hoc est, quod Plato altissimo præterijt si-
lentio. Nihil enim in fermentatione vidit præ-
ter putredinem, quæ aliena est; præter aciditatem
quæ fortuita; præter agitationem, quæ trivialis;
præter bullas, quæ superficiariæ. Nulla ignis men-
tio, qui tamen in calce ardet, in cœteris, ut p
spiritu sanguineo, spiritu tartari, salibus bota
cis metallicisque acetis, in ferro butyroque an
moniali, non leviter urit, immaniter æstuat.

CXVII.

Consimili ratione illæ etiam flammæ, q
Antonius Benivenius *in Mirandis* refert, se in tem-
plo Florentino vidisse per solum discurrere ,
hil aliud meâ sententiâ, nisi fermenti sepulch
lis fætura fuêre, sive illud ex cadaverum tabe co
ve calce viva desuper injici solitâ, sive, quod
crediderim, ab utroque pariter originem tra
erit.

CXIIX.

In hisce regionibus, quotiens vel fœnum
cespites foci prædes suâ sponte inardescere
quod populares BROEYEN appellant) vic
toties animum subit recordatio fermenti, q
in fœno cespitibusque plus justo udis nec di
tis sub dio præflatis, sed nimis maturè recon
ac coacervatis compressisque nec non const
tis, eousque præsertim insolatu gliscat, ut in
nato incendio, non parum damni subinde p
culiq; creet incolis.

CXIX.

Si quis horsum etiam referre velit aquam c
fi

m,quâ conſperſa ſacrificia ignem concipere
dijs contacta ſolaribus viſa ſunt,ut eſt 2. *Mac-
hbæor.cap.1.verſ.21.22.* cum eo parum litigem.
Niſi forte ſatius ſit credere,quod in fabulam de-
generaverit ſplendidum lumen colendæ relli-
gionis,quod præter ſpem eo tempore Iudæis ap-
paruiſſe legitur apud Ioſephum *in Antiquitatibus
Iudaicis lib.12.cap.10.*

CXX.

At quæ.de ignibus perpetuis arte factis fuſiſſi-
mè in opere Italico *Dalle Impreſe* (quās ab Em-
blematis plus nimis ſubtiliter diſtinguit) Hiero-
nymus Ruſcelli diſſertat, quantum quidem veri
ſubeſt,ſi quidquam ſubeſt , id omne ſeriò con-
ſiderim, haut alio vorſum atque in fermentum
recdere,

CXXI.

Sic quidem in fermento ignem nobis licet &
oculis,niſi cæcutiant, uſurpare,& manibus, niſi
ſtupeant,tangere:Ignem,inquam , qui princeps
atq; arbiter elementorum , auget imperium ſuũ
perpetuo dominatu,ſegregans & congregans &
ſibi adſciſcens,quantum poteſt,quæ ſuæ ditioni
attributa ſecum avehat, abiens ad ſedem ſuam,
ut Scaliger ait *Exerc.9.* Quantum poſſit,materię,
ut dixi,conditio definit ac moderatur. Neque
enim omnia igneſcere apta nata ſunt, multis ſa-
tis eſt aëreſcere,nec pauca cernas contenta ſolo
conatu aut ſimilitudine tum igneſcendi tum aë-
reſcendi,agi in fermentum.

CXXII.

Ex quo conſequens eſt,multiplices emergere

fermenti formas, dum fermentando alia tepo rem, calorem, fervorem, incendium, incendii promptitudinem concipiunt, alia absq; calore manifesto ebulliunt & spumant: Alia sine æstu sine spumâ & bullis evidentibus vel crispantur vel elevantur, vel intumescunt. Adijce nunc & hoc, aliam ignis fermentifici rationem esse in mixtione, aliam in mistis. Illîc innascendum adhuc esse, hîc inesse innatum.

Caput X.

Fermentationis definitio construitur.

CXXIII.

Quamobrem non minus mihi difficile erit fermentationem definire, quam Aristéo apud Maronem, capere Protea: omninoq; fateor, locum hîc habere, quod Cicero promulgavit *lib.* 1. *de Nat. Deor.* Omnibus ferè in rebus, & maximè in physicis, quid non sit citiùs, quâm quid sit, dixerim. Nec Heurnius contradixerit, qui sensibus humanis incompertum esse modum & ideam fermenti audacter pronunciavit *libr.* 2. *Meth. c.* 3.

CXXIV.

Quanquam in libro præcedente ipse ausus
" sit modum & ideam exprimere. Fit, inquit, fer-
" mentatio ebullitione quadam, tum humore ex
" sententia Platonis & Galeni. Etenim tribus o-
" pus est in fermentatione: terreâ parte, quæ in
" majorem turgescit molem: humidâ, unde flatus

qui

ui tenuant terream & lentam humoris com-„ agem. Hæc Heurnius. „

CXXV.

Hieronymus verò Mercurialis non dubitavit rectiore alveolo ripisq; angustioribus contrahe- flumē platonicum, atq; , ut verum fatear, par- o in compendio magnum facere dispendium. Verba ejus sunt: Est igitur fermentatio, ut dice-„ bat Plato in Timæo, partis terrenæ motio & in „ aërem conversio. *Comm. in Acut. Hipp.* „

CXXVI.

Neuter Platonis mentem, neuter fermenta- onis naturam exhausit. Vterque de putredi- e, deque aciditate silet, quas tamen constat pri- nas ac postremas tenere in definitione platoni- â. Id tamen rectè eos atq; ex ratione facere, li- uere arbitror ex ijs, quæ supra disputata sunt. Cœterum naturam fermenti assequi nequive- unt, quandiu non sunt assecuti caussam, quam ullam Mercurialis attulit, Heurnius falsam. Ille xprimere debuisset, quid esset, quod terrā mo- eret atque in aërem converteret: Hic verò fla- bus non referre acceptum, quod terrea & lenta umoris compages tenuetur. Nam flatus ipsi on magis quam bullæ ac spuma, rationem cau- e in fermento obtinent.

CXXVII.

Est aliqua flatibus potentior fermenti caussa, psos etiam flatus exsuscitans, quam Plato dissi- nulavit potiùs quàm ignoravit, Mercurialis nō rodidit, Heurnius non attigit, sensus commu- is ipsis quotidie oculis ingerit.

 CXXIIX.

CXXIIX.

Itaque cum Mercurialis duobus elementis: terra videlicet & aëre: Heurnius tribus, nempe terrâ, aquâ, aëre conficiant fermentum: Ego ex Platone quartum nō minus necessarium adduxi, atq; eo quidem pacto, inter quatuor elementa œconomian fermentationis distribui, ut, velluti terra principij passivi partes, aqua medij rationem, suo sibi jure & sine controversiâ vendicant: Ita locū seu formæ, seu finis, seu effecti possideat aër, munia verò principij activi unus sibi ignis habeat, quatenus se aëremque propagat in fermento: Quatenus verò propagatur, eatenus cum aëre concidat.

CXXIX.

Vnde vel hanc vel similem construo definitionem: Fermentatio est MOTVS TERRÆ, VI IGNIS INTERNI CONCITATÆ, VT BENEFICIO AQVÆ INTERMEDIÆ AERESCAT ATQVE IGNESCAT.

CAPVT XI.

Epilogus.

CXXX.

IAmque eo loci perventum est, ubi pro gratiâ, quam sperare vix ausim, necessum habeo, aut precari veniam aut obtrectationem deprecari. Gratiam non quæro, obtrectationem non formido, veniam mihi eò confidentiùs polliceor, quod in hac ipsâ, quam tractavi, materiâ aciem etiam Galenicam hebescere animadverto. Vir na-

ıaturæ conſultiſſimus vidit quidem locum Pla-
onicum,eumque etiam allegavit 1. *Simpl.*35. Ve-
ùm nihil amplius quàm vidit, quàm allegavit.
Cœterum quę de fermentatione novit,in unum
ontraxit *Comm.2.in 1.prorrhet.Hipp.t.*40. Suntq;
a hujuſmodi: Cũ in terrã acetum acre effuſum
uerit,protinùs intumeſcens,ſurſum quaſdã ter-
æ partes ſimul tollit, fitq; compoſitum quoddã
x terreſtri ſubſtantiâ & aceti humiditate, & ex
acto vaporoſo ſpiritu. Simile rei huic cõtingit,
uum atra bilis in terram effuſa fuerit, nempè &
n utroque ſpirituoſa quædam motio evidenter
ieri videtur,ei ſimilis,quæ in fervente muſto ap-
aret.Simile quoq; & in panibus cotidiè fieri vi-
letur,cum enim remiſtâ aquæ tritici farinâ, mi-
to illis & fermento mediocriter macerari per-
niſerint,fermentatio fieri videtur, fusâ ſimul &
ntumeſcente,quæ fermẽtatur,ſubſtantiâ. Qua-
ropter & urinæ,quæ fermentantur, ut prorſus
raſſitiem notabilem habeant,oportet, deinde
c in eâ levem quandam effervesſcentiam,quod-
ue pars ſpirituoſa motionem nacta, tumorem
abeat majorem,quàmcùm excerneretur, ha-
ebat.

CXXXI.

Quod ſi Galenum quis interroget, quam ob
auſam acetum terram fermentet? Licet,inquit,
obis dicere, quod nos lateat,ſicut talium pro-
lematũ pleraque. Si verò quis promptè dicat,
uia aut calidum ſit aut frigidum,utrumq; enim
ici: Reſpondet Galenus, illum,quisquis ſit, in
mbiguas obſcuraſq; rationes ſeipſum conijcere
ib.1.Simpl.c.28.

CXXXII.

Ideoque de fermentationis origine & caussis nihilo nos certiores Galenus reddidit, quàm de naturâ ipsius etiã aceti: Quod calere pariter atq; algere asseveravit, eâ sententiarum inconstantiâ ac fluctuatione, quæ argumento sit, illum magis intricasse veritatem, quam expedivisse. Tametsi enim acetum ei videatur nunc sensibiliter calefacere, nunc rursum refrigerare, & utriusque tum calefactionis tum refrigerationis particeps esse *lib.* 1. *Simpl. cap.* 21. Mox tamen affirmat difficile esse rationi, contrariorum participationem concedere, quum non liceat substantiam ejus aut solvere aut scindere, velut in lacte facimus, & alijs compluribus. Atque adeò dubitanter prorsus pronunciavit, Fortassis acetum ex contrarijs facultatibus compositum esse, perinde ut lac, *lib. cit. cap.* 24.

CXXXIII.

Ac quantumvis ipse sibi objiciat, acetum esse acre, mordere, erodere, secare, rubefacere: 1. *Simpl. cap.* 20. Maluit tamen exemplo nivis, boreæ, frigidæ, declinare objectionem *cap.* 22. & 23. quàm apertè fateri, quod *libr.* 8. *Simpl.* fatetur, acetum mistæ esse substantiæ. Adeò enim eam in sententiam, quæ frigere acetum statuit, Galenus propendet, ut, quum calorem, (quippe quem rationibus suis frustrà oppugnatum iri animadverteret) dissimulare in aceto non posset, ne tamen eam adsertionem atque opinionem deserere videretur, pro quâ pericula omnia subire velle haut obscurè significaverat 1. *Simpl.*

17. Ea

17. Eo moderamine frigus caloremque in aceto distribuit, ut diceret, acetum majori parte esse frigidius, quàm calidius, *l. alleg.* Acetum mixtæ quidem esse substantiæ, sed hac conditione, ut calidam frigida exuperet, *lib.8.Simpl.* Omninò quidem frigidum esse acetum, sed quendam etiam obtinere calorem 1.*Simpl.*19.

CXXXIV.

Nihilominus tamen calorem, quem admittit, reijcere videtur per id, quod dicit, Aciditatem à frigore procreari, 4. *Simpl. cap.* 12. quod acetum putat perdidisse propriam vini caliditatem, esseque vinum mortuum 1. *Simpl. cap.* 17. 4.*cap.*3. Vbi vinosas vini partes, dum ipsum in acetum transit, refrigerari docet; itemque 4. *Simpl.cap.*13.& 14. quibus in locis argumenta eorum, qui acidum saporem abs calore provenire putant, & proponit & refellit.

CXXXV.

Diversâ parte calorem jam abdicatum revocat 4. *Simpl.* 15. disertè contestatus, aciditatem in saporibus nasci quidem videri potissimum, dum à calido quidem mutatur, ut tamen non superet. Hanc vero restrictionem abolet eo, quod *libr.3.de causs. Sympt.cap.*2. docet, atram bilem generari, quomodo acetum & cineres. Atram autem bilem, non, quum perfrigeratur sanguis, creari, sed cum supra modum est coctus, ideoque etiam splendorem suum tueri. Non enim, inquit, sicut concretus sanguis, qui „ græcè thrombus dicitur, sanguine fit per- „ fri-

"frigerato, sic etiam nigra bilis generatur : Imò
" contra omninò ex immodicè cocto & fervente,
"veluti cinis quidam, nigra bilis efficitur.

CXXXVI.

Neque verò firmiore talo stat ille ex putredine excogitatus calor, quo acetum dotavit 1. *Simp.* *c.19.l.4.c.* 3.& 12. Non enim magis ex putredine est calor aceti, quàm ex putredine est calor cinerum & lixivij, quibus acetum Galeni, quoad calorem, comparavit: Non, inquam, magis ex putredine est calor aceti, quam aqua marina & muria sunt ex putredine, quibus proportione quadam lixivium despositionis, generationis, & facultatis ergò respondere prodidit 4. *Simpl.3.*

CXXXVII.

Cæterùm quod ex Aristotele affert Galenus,, acetum propriò quidem vini calore esse frigidũ,, ascititio calidum: Id verò tanti est, quanti illud,, quod ipsum quoque vini calorem extraneum esse Aristoteles statuerit. Potest namque hac ratione statui, quod ipsa etiam in vino vinosa substantia peregrinetur.

CXXXIIX.

Quamobrem tot tantisque perplexitatibus ab utraque parte involutus Pergami alumnus,, quum nullam eluctandi viam videret, tutius cõsilium cepit, ijsque omnibus, quæ ultrò citròq; disceptavit, in medio quasi relictis, pronunciare non fuit veritus : Fortè aliam causam esse,, quæ comprehendi nequeat, à cujus investigatione significat se abhorrere , quia in naturalia problemata incidere necesse sit, eaque non levi-

bus;

bus ambiguitatibus intricata, ideoque ſatius habet recedere ab ijs, quæ innumeris dubitationibus ſint contorta, & in quibus hæſitationes tum plurimæ tum maximæ exiſtere ſoleant; quas idem ipſe non ſecus ac præcipitia quædam cenſet vitandas 1. *Simpl.* 24.

CXXXIX.

Vnde quum Galenum video, Sophiſtarum, uti appellat, epicheremata ſeu rationes in utrãque partem, graviter redarguentem 5. *Simpl. c.* 2. valdè utique vereor, ne hæc reprehenſio quadantenus etiam ad ipſum pertineat. Quo minus mihi indecorum fore exiſtimo, ſiquidem pro peripateticâ apodixi academicam epochen attulerim, idque aſſequi ac penetrare nequiverim, in quo conſtat perſpicaciſſimum Galeni acumen defeciſſe.

CXL.

Propterea neque improbo Galeni conſilium, qui hæc aliaque velut incomprehenſibilia, inperveſtigabilia, ambigua, obſcura, perplexa, intricata, dubia, præcipitia refugit, dummodo liberum nobis integrumque relinquat, illis ipſis comprehendendis, veſtigandis, expediendis, enodandis, enucleandis, extricandis, quantam poſſumus operam ſerio ſeduloque impendere. Videtur enim in tantâ tum intellectus noſtri imbecillitate tum rerum intelligendarum difficultate non repudiandum omninò inſtitutum ſectæ academicæ, quam in de optimo docendi genere Galenus ex Favorino commemorat in partes ambas ſibi pugnantes & contrarias diſſe-

tere

rere consuevisse, cœterum auditoribus sive lectoribus suis optionem dedisse, eligendi, utrum videretur verius. Ideòque ubi exactam scientiæ certitudinem adipisci nequimus, minimè turpe fuerit verisimilibus aut probabilibus acquieuisse, donec à caliginoso hoc sordidoque corporis ergastulo soluta mens, libera tum & sui juris, eorumque secura omnium, quibus à verò retrahitur, & in avia abripitur, ad originem reversa suam fuerit, ubi in semetipsam reflexa, se per ipsam considerare cœperit, & in summi boni æternâ ac beatâ contemplatione, tanquam in archetypo contueri veram rerum essentiam, quarum nunc spectra & umbras seu larvas, tanquam in speculo seu ænigmate, studio quantolibet consectatur.

MONITI MELIORA SEQUEMUR.

FINIS.



HERMANNI CONRINGII
PROFESSORIS MEDICI IN
Acad. Juliâ.

DE

FERMENTATIONE
EXERCITATIONES

ad

*ANTONIVM GÜNTHER. BIL-
LICHIVM ARCHIATRVM
Oldenburgensem.*

Cum

DANIELIS SENNERTI

ad eundem

ejusdem argumenti Epistola.



FRANCOFURTI,
Apud JOANNEM BEYERUM,
Typis CASPARIS RÔTELII.

M. DC. XLIII.



Clarissimo Viro

WILHELMO ERNESTO SCHEFFERO,

Medico Francofurtensi, amico suo

HERMANNVS CONRINGIVS S. P. D.



MAGNUM ingenium erat in Billichio nostro, judicium accerrimum, studium veritatis maximũ. Quo enimcunque verteret animum, illicò omnia occupabat non ut peregrinus aliquis, sed ut gnarus omnium inquilinus. Verterat autem illum neutiquam ad linguas solùm, quibus aut elegantiores hodie vulgò in vitâ communi aut eruditi in scribendo utuntur, verùm ad omnem quoq; & literaturam amœniorem & di-

 vinam

vinam naturalemq; Philosophiam ,
medicam deniq; artem nostram. Igitu
cùm alijs linguis promptissimè loqueb
tur, tum Latinè sive versam sive soluta
orationem eâ scribebat elegantiâ, ut c
prisco illum ævo & Romæ natum dixi
ses. Neque verò illum temerè lateb
quicquam vel fabularum vel histori
rum veterum: quas usu poscente etia
aliud agẽs tam expeditè promebat, qu
si in uno illo totus viveret. Et tamen
grorum plurimorũ morbi operam eju
quotidie flagitabant: nec ille non ea
præstabat rogantibus cum curâ sempe
cum eximiâ quadam felicitate plerum
que. Debebat autem hanc partim me
tis illi nativo acumini, quo morboru
naturam causasque statim pervideba
quod primum in medendo est, parti
artis peritiæ solidæ & remediorum. E
nimverò non ille ex numero isto era
quorum omnis peritia ambitiosè jact
tis panaceis, & nescio quibus arcanis re
medijs Hermeticis absolvitur. Et tame
omnia quoque illa mysteria penetrave
rat, ut parandorum illorum artifici
quo sese multi nunc maximè efferun
non tantùm nemini concederet, sed
ple

plerosq; superaret. Inciderat ille adolescens in Angelum Salam, hominem, me iudice, Jatrochemicorum, quos appellant, principem, quiq; unus eius ordinis desiit mentiri: ab eo regiâ viâ per omnes novas & veras vegetabilium, mineralium atq; animalium chemicas præparationes ductus in intimum eius artis sacrarium devenit. Eadem penè ætate in Iuliâ hac scholâ nostrâ Philosophiam Aristotelicam & Hippocraticam Galenicamq; medicinam addidicit; ab optimis magistris cùm aliis, tùm præsertim Cornelio Martino, Henningo Arnisæo & Ioanne VVolfio, institutus. Quo effectum, vt felicissimè & accuratissimè non tantùm de chemicorum illis præparationibus, verum etiam de recto ita paratorum usu, imò de omnibus reliquis partibus Paracelsicæ doctrinæ, potuerit iudicare. Scilicet plerisq; nostra ætate rem medicam tractantibus alterutrum fuit negatum. Nam qui Hippocratica ac Galenica amplexantur, artificium plerisq; chemicum ignorant: Qui verè hoc callent, vetere ac solidâ doctrinâ destituti magnam partem in Paracelsicum Labyrinthum incidere solent. Verùm Billi-


chius noſter quantos iam tum adole-
cens in omnibus his fecerit progreſſu
oſtendit elegantiſſimus libellus: *De natu-
râ ſpagyrices emendatæ*, ut & alter: *De trib.*
chemicorum principijs: quorum prior o-
mne artificium chemicũ breviter, per-
ſpicuè & ſine fuco ac fallacia exponit:
poſterior ſophiſticen Quercetani, B-
guini & aliorum in defendendis ineptii
illis principiis adhibitam claræ luci
ſenſibus obijcit. Edidit autem illa int-
annum ætatis viceſimum quintum. M-
ius ingenii & doctrinæ ſpecimen exh-
bent nobis *obſervationes & Paradoxa ch-*
mica, quorum editionem ipſe ego Lu-
duni in Batavis ante hos undecim ann-
curavi; ſimile autem quidquam, in e-
quidem argumento, nihil hactenus v-
ſum. Quis non laudaverit quoque ei-
Theſſalum chymicum & *Anatomen Fe-*
mentationis Platonicæ, ut alia nunc ſilent-
prætеream? Neque enim omnia vel n-
merare quidem volo, ne amico nimiù-
faviſſe credar: tum verò ſola illa pau-
ſatis produnt ingenium viri acerrimum
peritiam rei chemicæ & veræ ſolidæq-
medicinæ incomparabilem, eloque-
tiam ſummam, candorem animi prorſ-
niveum. Et tamen etiam illa omnia int-

phi-

plurimas occupationes, curas, & advertantis fortunæ vulnera elaboravit, nonlum quadragenarius; maximus profectò futurus, si ad tantas dotes confirmatior ætas & firmior valetudo accessisset. Sed illum eripuit nobis penè ante biennium vicesimus tertius Maij dies anno ætatis secundo post quadragesimũ. Quo ipso res literaria damnũ profectò ingens passa est. Ipse ego sentio me orbatum amico summo, ac perspectæ fidei, qualemq; temerè alium haud invenero. Neque enim inter nos vulgaris quædam amicitia coierat, sed, in dispari licèt ætate, planè intima: eoq; alter alterum ope & consilio iuvabat, alter alterum docebat, nemine erubescente discere quod ignorabat: qualis amicitia, nî fallor, decet literas professos. Eâ fiduciâ ille à me invitatus de abstruso & difficili Fermentationis negotio ante decem prope annos libellum suum conscripsit meo nomini cõsecratum, ego vicissim quamvis multo iunior quadriennio pòst ab ipso plurimis sollicitatus, quid placeret in libello quid displiceret, quidq; ipse sentirem de toto illo impedito argumento, candidè & procul affectu significavi. Neç ille æ-

grè tulit meum diſſenſum, quin & mut[...]
re nonnulla voluit: ſed haud multo pòſ[...]
neſcio quî, & ipſi ſcriptum meum perij[...]
nec ego niſi unum illud mea manu ſub[...]
tanea mea opera (quod & aliàs ſoleo[...]
exaraveram. Ita tãdem prodijt in lucem[...]
libellus illius, ferè haud aliter atq; ant[...]
decennium mihi erat tranſmiſſus, quo[...]
meis iſtis animadverſionibus ille deſt[...]
tueretur, nec mihi vacaret actum agere[...]
Incidit tamen in manus exemplum li[...]
belli mei, quod me inſcio deſcribi ſib[...]
curaverat amicus noſter, ὁ νῦν ἐν ἁγίοι[ς]
Martinus Heintzius, ſed mendoſum ad[...]
modum ac lacerum. Itaque flagitarun[t]
amici, ut & ipſe illud ederem; id enim[...]
intereſſe veritatis, nec amicitiæ quid[...]
quam eo derogari, quin exemplum for[...]
quod meritò omnes ſequantur in colen[...]
da non minùs veritate, quàm amicitia[...]
quæ vulgo, peſſimo certè more, multum[...]
diſſident, ita pleriſq; ſuæ ſententiæ addi[...]
ctis, vt diſſenſus quãtumvis optimi ami[...]
ci divortium amicitiæ pariat. Ægrè qui[...]
dem, perſuaderi tamen mihi paſſus ſum[...]
invitante me cumprimis publici bon[...]
ſtudio, quum videam nihil eſſe fermen[...]
tationis negocio frequentius, & nihil ta[...]
men[...]

men fortè minùs cognitum, magno in publicum damno. Verùm perlustranti mihi scriptum illud meum multa visa sunt deesse, multa obscuriùs, nonnulla & perperam tradita: Itaq; coactus sum alia addere, alia clariùs, alia rectiùs exponere. Quæ omnia nunc mitto, clarissime Scheffere, potestatem tibi faciens aut edendi illa, aut supprimendi. Scilicet & tibi cum Billichio nostro arcta quondam amicitia intercessit, & simul flagras veritatis studio, eoq; optime iudicaveris, cũ quid amicitiæ debeam, tùm quid res poscat literaria, cui, quicquid est in nobis ingenii, cõsecratum est. Quod si credas in alterutram me partem peccasse, ne edas peto: Si verò, te iudice, & amicitiæ est satisfactum, & simul meæ meditationes illę iuvare nonnihil possunt communem vsum, prodeant, per me licet, in publicum. Enimvero est quidem aureum scitum Aristotelis nostri, adversus magistri sui Platonis ideas disputaturi, *veritatem amicitiæ anteferendam*: malim tamen utraq; culpa carere, si liceat. Quod num liceat, tui sit iudicij. Vale, mi Scheffere, & plurimũ salve. æ Helmstadio. ex Acad. Iuliâ 6. Cal. Martij. CIↃ.IↃC. XLII.



HERMANNI CONRINGII
ad
Viri clarissimi
ANTONII GÜNTHER. BILLICHII
libellum
DE FERMENTATIONE
Notæ & Animadversiones.

Ad libelli titulum.



NESCIO, amice, quur insolente & cujus vim nemo temerè intelligat titulo malueris inscribere libellum tuum, quàm hoc simplici: De fermentatione, vel: De natura fermentationis. Haud quidem me latet non nostro solùm ævo illud potius placuisse multis sed & iam olim nonnullos eâ in re luxuriâsse: n dubito tamen veterum quidem plerosq; rectè eo nomine irrisos à C. Plinio præfatione magni operis ad Vespasianum, & Aulo Gellio, qui tamen & ipse Noctium voce tenebras lectori offudit.

Quur enim titulos scriptis indimus, nisi ut lecturo argumenti indolem significemus? itaque obscurum nomen libro præfigere est petim cd

de fortaſſis ac ſi interprete utaris, qui & ipſe linguâ utitur ignotâ. Tibi quoque, ô optime, non tam propoſitum eſt animadvertere in Platonicam doctrinam, quod titulus videtur præ ſe ferre, quàm naturam fermentationis expedire, ut nunc taceam, vix quenquam veterum ἀναζυμῆς vocabulum in appellandis libris eâ ſignificatione uſurpâſſe: etſi hodie illa vox Paracelſiſtarum barbarie neſcio ad quæ non vulgò adhibeatur. Nullum verò neque ſapere neque loqui didicerunt, ſed venerandæ veterum ſapientiæ mores ſermonemque eſſe imitandos.

Ad § III.

ARiſtotelem methodi diviſivæ vim in demonſtrando repudiantem iniuriâ profectò reprehendis. Quid enim ille aliud ſibi voluit quàm, *diviſione tacitè peti id quod eſt in principio, eoq; minus firmum demonſtrandi robur diviſioni ineſſe?* quo nihil eſt certius. Nec verò in Phyſicis diviſionem aliam adhibet, quàm quæ communi nititur axiomate; omne quod eſt, aut unum eſſe aut multum, item finitum vel infinitum. Quæ diviſio principij locum habet, non alicuius demonſtrationis. Satiùs igitur fortè fuerit non tangere hoc negotium: præſertim quum ad rem præſentem nihil faciat.

Ad § VI.

ITa quidem eſt, ut ſcribis, amiciſſime; primò ac propriè ἡ ζύμωσις vox eſt in piſtrino nata, denotatq; illam omnibus notam, & fortè ab orbe

con-

condito usitatam, massæ farinaceæ præparatio-
nem : κατὰ μεταφορὰν verò deinde tracta etiam est
ad similes rerum effervescentias, quibus solent
intumescere corpora quædam nullâ re servida
foris adjectâ aut commistâ. Multū autem vereor,
ne in primâ isthac significatione περὶ ζυμώσεως,
sit loquutus Plato, quando omnem ζύμωσιν
aciditati adscribit. Ita verò tua in Platonem animadversio,
quam octauo capite instituis, præter rem fuerit. Nempe farinæ fermentatio acore
quodam fit, quare & apud Germanos ab aciditate
præparatio isthæc invenit nomen. Neque
verò tam imperitum rerum naturæ Platonem
fuisse temerè mihi persuaserim, ut omnis omnino
effervescentiæ aut ζέσεως causam in aciditatem
retulerit. Rudior enim quovis ex vulgo fuisset:
id quod nescio an cui fiat verisimile. In
Hippocraticis scriptis (ita appello quæ Hippocratis
nomen præ se ferunt, etsi à varijs sint autoribus
profecta) aliquoties vocem illam legimus
inversâ significatione. *Quarto Epidemiorum*
est, ζύμωσις ἥπατος, quod Erotianus exponit
οἴδημα ζῶδη ὄγκον : verius autem est tumor hepatis
ab effervescente quodam humore calido, qui
ego sæpe deprehendi in febribus tertianis, &
unguento rosaceo santalino ac similibus repressi.
Libro de veteri medicinâ legimus : ζέουσα καὶ ἐζυμωμένη
κοιλίη, de ventriculo à cibis minus benè
concoctis adhuc inflato & exæstuante. In *Coacis
prænotionibus* inter signa sinistra numeratur excrementum
aut διαχώρημα ἅλις ἐζυμωμένον, abundè
fermentatum, quale scilicet est quod spu-

ma

nat etiam ejectum ; quâ ratione & ἐζυμωμένα ἔρα fermentatæ urinæ in prorheticis nuncupantur, quas Galenus *in Commentariis* pereleganter describit. Excernuntur autem illæ crudis & exagitatis ac perturbatis corporis humoribus; ideoque & ipsæ præ effervescentiâ spumant & quasi tument ac agitantur. Notus locus est libro *de ratione victûs in acutis*, ubi τὰ μέλαινα ab aceto dicuntur ζυμοῦσθαι καὶ μετεωρίζεσθαι ἢ πολλαπλασιοῦσθαι, fermentari, attolli & multiplicari. Cæterum isthæc omnia sunt μεταφορικά.

Videris autem Tu vocem hanc transferre non tantùm ad illam omnium rerum intumescentiam, verùm etiam ad quemvis fervorem, qui etiam sit sine omni palpabili eiusmodi tumore. Itaque triplex fuerit vocis significatio, *una* propria de fermentatione farinę, *altera* de rerum omnium fervore cum tumore coniuncto, *tertia* de quavis effervescentiâ etiam quæ sine tali tumore est.

Quoniam verò in omni doctrinâ ἐπιστημονικῇ primum caput est terminos ab ambiguâ significatione liberare, velim equidem distinctè ac clarè sub initium exponere, omnes has acceptiones, quidque Tu cumprimis velis intellectum. Alioquin enim in toto argumento multum erit obscuritatis. Si verò animus Tibi est vocabula illa in eum, quem dixi, modũ dilatare, fortè haud malè librum tuum potuisses inscribere, De efferve-scentiâ.

Ad

Ad § *VII.*

Rectiſſimè obſervaſti vernâ tempeſtate qua fermenteſcere terram. Intumeſcit enim il haud multò ſecus atq; maſſa farinæ. Neque cau eius alia nec ratio, quàm ea, quæ circa panē ob ſervatur aut muſti fermentationem. Adventan te nempe ſolis calore, innatus, ſed torpens, tellu ris calor excitatur; unde in ſublime quaſi terr attollitur, in ſpiritum attenuatâ eius humidita te. Eodem tempore verò & aquæ idem patiun tur. Imò fortè magis fermentatio illa obtinet i mari quàm in terrâ: eſt enim mare ſuapte natu râ calidum & humidum, unde & generatio an malium ibi pervaria eſt.

Huiuſmodi effervеſcentias & circa tem peſtates in aëre fieri, haud eſt abſimile vero. Fi unt enim & ibi quaſi coctiones quædam atqu alienorum expulſiones: uno verbo, quaſi critic quidam motus. Ideoque & ſtata tempora ſun tempeſtatum, per annum, per menſes, per dies haud aliter ferè atque in animalibus etſi minu conſtanter. Similiter & ſeminia ac conceptus a nimalium plantarumq; omnino fiunt per ali quam quaſi fermentationem. Nam ſemen qui dem animalium omne ſpumoſum eſt, adeoq reapſe & actu ſpiritum in ſeſe continet. Hum dum nimirum, unde aliquod animal poteſt na ſci, ſtatim atque concipit calorem vitalem, i bullam agitur ſpumoſam; ſive id fiat intra co pus animalium, ſive extra etiam in ſpontaneâ a nimalium generatione.

Sicut autem hæc veriſſima ſunt, ita vald

dui

dubito verumne ſit quod addis: *quotusquiſq; eſt, qui de fermento vel per ſomnum cogitet?* Sanè antiquis minùs uſitata fermentationis vox in his negotiis; rem tamen ipſam, niſi admodum fallar, at clarè docuerunt. Nec verò quando docent, ſolis calore excitari calorem terræ ac maris, aliud quid ſibi voluerunt; etſi vocabulis propriis uti maluerint, quam inverſis. Telluris fermentationē à nive non ſemel diſertis verbis docet Theophraſtus. De ipſo illo tempeſtatum critico motu jam tum aliquid reperitur. *ſect. 26. probl. 3.* quo quæritur: *cur auſter poſt pruinam ſpirare ſoleat?* Eſt autem deſumptum illud problema ex Theophraſti Ereſij aureo libello de ventis. Perpulchrè verò eâ de re diſſerit, cùm in *anemologia*, tùm *l. 6. de partu octimeſtri c. 15.* ſummæ eruditionis vir Federicus Bonaventura. De ſpontaneâ generatione Ariſtoteles noſter ita loquitur: *Conſiſtunt celeriter,* ὁπόταν ἐμπεριληφθῇ θερμότης ψυχική. ἐμπεριλαμβάνεσθαι δὲ καὶ γίνεται θερμαινομένων τῶν σωματικῶν ὑγρῶν οἷον πομφόλυξ. i.e. *Comprehenditur calor ille, & humoribus corporũ incaleſcentibus efficitur veluti bulla ſpumoſa.* Ad hunc modum & ſemen generati animalium; nimirum ſive ſanguine ſive analogo humore vi caloris in ſpumoſum corpus redacto, præclarè & multis quidē docet idem *l. 2. de gen. anim. c. 2.* Einſdē operis *lib. 3. c. 4.* parva piſciũ inſectorũq; ova *continere*, diſertè dicit, περίττωμα σκωληκῶδες: *eoq; creſcere illa poſtquã edita ſunt.* Iã verò ſemina plãtarũ, quo edãt primũ germen, humore attracto diſtendi, in vulgus eſt cognitũ. Eodē modo fieri & primũ conceptũ in anima-

nimalium generatione, *in Spiritum actâ parte*
minis, & enatâ quasi magnâ quadam bullâ, iam tu
Hippocrati & Aristoteli fuit observatum: qu
rum hic pereleganter annotavit *l. 3. de gener. an*
mal. c. 9. omnium animalium primum conce
tum ovi similem esse. Diodorus Siculus Ægy
tiorum sententiam de mundi origine enarran
scribit, animantia primùm nata, summâ tellu
fermentatá, & exortis tumoribus tenui pellicu
circumdatis. διὰ τὴν θερμασίαν ἀναζυμωμένης τ
ἐπιφανείας συνοιδῆσαι τινὰ τῶν ὑγρῶν κατὰ πολλοὺς τ
πους, καὶ γενέσθαι, περὶ αὐτὰ σηπεδόνας ὑμέσι λεπτο
περιεχομένας.

Quod porrò doces, motus istos statos O
ceani nostri fieri per ζέσιν quandam, itidem ia
veterum nonnullis est visum. Neque mihi no
arridet illa sententia præ alijs multis: quod ce
tum sit uno eodemque tempore in Atlantico
Pacifico mari fieri hos motus, ut rectè notav
Iosephus Acosta *Histor. Americanæ l. 3. c. 14.* Vide
tur autem tota illa res adeò esse impedita, t
ferè superet nostrum captum. Vsque adeò ve
rum est illud Taciti: *Oceanum nolle in se inquir*
Prorsus autem arbitror, fulmina & fulgura ple
raque nasci incalescente διὰ ἀντιπεριστάσεως
mox subitò ruptâ nube, quæ ab exhalation
siccâ est exorta.

Ad § IIX.

SI quamvis exæstuationem, & quæ hinc sequ
tur humidi à calore exagitationem, & am
plificationem placeat fermentationis voce nu
cupa

cupare, nihil fermè hic dicis, quod non & optimi veterum Philosophorum docuerunt. De seminis naturâ iam actum est. Cordis & arteriarum motum Aristoteles *l. de respir. cap.* 20. scribit esse similem illi *agitationi, quæ in suppuratione observatur, nec non ebullitioni.* Hæc autem fit utiq; πνευματουμένου τοῦ ὑγροῦ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. αἴρεται γὰρ διὰ τὸ πλείω γίνεσθαι τὸν ὄγκον.

Concoctio autem alimenti fit quidem vi caloris, & quadam fusione aut χύσει, uti Aristo-elicum loquendi morem teneam: magna tamen dilatatio & amplificatio fortè non fit; subiliores licet partes in vaporem & spiritum abeunt. Neque enim observamus durante coctione ventriculum intumescere. Somnum verò nasci vaporibus ex inferiore corporis regione sursum delatis; iam vetus itidem est Aristotelis doctrina. Vt & lachrymas oriri ex vaporibus pituitæ ad oculos missis, ibique in guttas concretis, non abludit à maiorum placitis. At illis motibus non convenit profectò fermentationis nomen, nisi quamlibet ζέσιν & agitationem humorum à calore institutam placuerit ita appellare.

Ad § IX.

Certum est, humores corporis nostri variis modis effervescere; nunc subsequente bonâ valetudine, separatione scilicet salutari factâ excrementitiorum humorum: nunc verò cum summo damno. Et verò ista agitatio omnino simile quid habet fermentationi musti; nisi quod hac concoctio fiat in melius, (ex musto enim

fit vinum) in illis autem humorum agitationi-
bus sæpè coniuncta fit putredo quædam & mu-
tatio in deterius ; bono scilicet sanguine colli-
quato. Certè causæ omnium illarum agitatio-
num eædem sunt : quin imò prohiberi quoque
humorum corporis nostri agitationes possunt
eodem prorsus modo, quo mustum, ne ferme-
tescat, cavetur. Et verò causa motuum illorum
nunc nata est in corpore nostro, nunc forinsecus
accipitur. Ita sanè, uvas & pruna & fructus ho-
ræos alios verisimile est diarrhæas, dysenterias
aliosq; morbos producere, eo quod hæc omnia
habeant ζυμῶδές τι, adeò ut etiam extra corpus
nostrum facilè suapte sponte effervescant; ut ni-
hil sit mirum, si eadem assumpta, tanquam fer-
mento, exagitent humores corporis. Eadem vis
videtur & seminariis quibusdam contagiosis in-
esse, licèt corpuscula sint molis propemodum
minimæ. Par natura & venenorum quorundam
est : illorum videlicet, quibus corpora miseran-
dum in modum intumescunt, nonnunquam
dirumpuntur. Quis verò non vim fermenti ali-
cuius reperiri dixerit in ictibus apum, vesparum
& aranearum? Fermenti certè vim in tumoribus
subitaneis cum æstu coniunctis deprehendere
est. Neque enim alia motio est, quâ calor ita su-
bitò effervescit, & in tumorem pars agitur. At
aceto fermentescere τὰ μέλαινα, disertis verbis
proditum est Hippocrati. Idem bilem flavam
pati à melle & saccharo, (quæ itidem, ubi hu-
more sunt liquata, levi calore etiam aliàs fermen-
tantur) experimento multiplici est compertum.

Alvum

lvum quoque ciere permulta, si non pleraque, on nisi fermentandi quadam virtute, pereſt erisimile. Certè hęc ſententia haud paulò eſt ſimilior vero quàm illa vulgaris, quod alibi à me ſtenſum meminiſti. Sed & ſpontaneam humoam fermentationem in ijs ferè omnibus affetibus, quos narras, ὦ δαιμόνιε ; perfrequenter ontingere, rectè obſervas. Et verò cuivis id faile pateat, qui attendere velit ea, quæ in oculos uotidie incurrunt circa morbos acutos, cumrimis verò febres, aut quos hæ comitantur. Quorum cauſa præcipua eſt alienus calor, ſive x cohibitâ naturali tranſpiratione ſive aliunde rtus: alieno enim illo accenſus naturalis incipit agitare & varijs modis commutare humores, uos ante quietos continuerat. Infra clariùs oc exponendum fuerit. Cæterùm fiatne & in pilepſiâ & apoplexiâ huiuſmodi quædam fermentatio, equidem dubito. Sententiam meam e hiſce affectibus rectaq; eorum curandi ratioe aliàs exponam.

Ad Caput III.

De ſubiecto Fermentationis.

Si vocem ζυμώσεως extenderis ad quamvis ζέσιν in vniverſum, cùm quæ à calore externo roducitur, tùm quæ quaſi ſponte ſuâ oritur, ompetit ſanè fermentatio ſimpliciſſimis etiam lementis. Nam & aqua & aër & terra ζέσιν aliquam poſſunt pati. Si autem ſtrictè magis voem acceperis, miſtorum corporum proprium anè fuerit fermentatio. Sola enim hæc efferveſcunt interdum ſuapte ſponte, ebulliunt item

atque diſtendúntur. Neq; enim ita afficiuntu[r] quæ ſimplicia prorſus ſunt.

Sennertum noſtrum video fermentati[o]nes huiuſmodi tribuere ſolis viventibus corp[o]ribus, aut iis, quæ ex viventibus corporibus pr[o]veniunt: quaſi nempe fiant fermentationes [o]mnes beneficio ſpiritus vitalis illius diviniori[s]. Cæterùm neque ille quidquam cauſæ affert ſen[-]tentiæ huius: dubito etiam an ego aut Tu poſſ[i]mus rationem comminiſci, quur illi amico n[o]ſtro optimo placeat ita ſentire: niſi quòd ill[e] (neſcio quî) amet omnia ad occultas aliqu[as] qualitates referre, quibus innatum illud cal[i]dum præ aliis vult abundare. Ego (ut ingenu[è] apud Te fatear, quod ſentio) non video, qui[d] ſit diſcriminis inter illas ζυμώσεις butyri quo[d] appellant antimonii, ſolutionum metallicaru[m] per aquas fortes, tartari vitriolati, ſimiliumq́; in[a]nimatarum rerum; & illas, quæ ex vegetabil[i]bus parantur, cereviſiæ, muſti, ſuccorumq́; alio[-]rum. Certè ubi omnia examinaveris τὰ φαινόμε[-]να, eadem prorſus dixeris utrobiq; evenire: ip[ſe] quoq; finis aut ſcopus omnium illarum fermen[-]tationum propè idem eſt, nempe aut alia miſti[o] aut ſeparatio aut alteratio certè compoſitoru[m] quorundam corporum. Non repetam nunc qu[æ] de fermentatione aliorum quoque inanimato[-]rum corporum tuæ ſententiæ conformia ſupr[à] diſſerui. Illud verò perabſurdum mihi videtu[r] creditu, in plantâ aut animalis aliquo membr[o] iam tum emortuo ſupereſſe calidum innatum vitale, quod tamen viſum eſt noſtro illi amico.

Calor

;alor quidem aliquis ſuperat; minimè verò ca-
dum vitale. Neque calor ille vitalis à calore e-
mentari igneo differt quidquam, ſi intimam
us naturam ſpectes: quod & ipſemet noviſti
ptimè & ego aliàs plurimis demonſtravi: niſi
uod vitalis ſit certâ quadam ratione tempera-
s, in miniſterium vitæ ſeu operationem ani-
æ. A calore verò elementari dependere fer-
entationem, infrà abs Te rectiſſimè eſt oſten-
m. Igitur ſtrictore acceptione vocis, competit
rmentatio non ſimplicibus ſed compoſitis
orporibus. Nec tamen ſolis viventibus eorum-
ue partibus, ſed multis etiam inanimatis. Et
uidem in vniuerſum ijs, in quibus potentiâ eſt
lor effumans. Non poteſt autem in vaporem
ıt fumum verti, niſi quod tenuium eſt partium,
leoque vel ſubtilis aëris vel aquei plusculum
ontinet, cum calore coniunctum. Sola ergo il-
corpora fermentationem pati apta nata ſunt,
uæ λεπτομερῆ aut humidi caloris obtinent
usculum, ſive per ſe ſive adiectione humidi
terni. Multa etiam per ſe ad fermentationem
epta ſunt, niſi humorem aliunde accipiant:
uod liquet in calce vivâ, ſeminibus plantarum
ſimilibus alijs. Liquet idem de magno telluris
orpore, quod demum fermentationem patitur
oſt imbres. Ab his verò nec ipſe videris diſſen-
tire. Nam in ſequentibus ad ſola compo-
ſita corpora fermentationem
reſtringis, ſimplici-
bus excluſis.

Ad § XIV.

In fermentatione illâ strictiùs acceptâ so compositis corporibus propriâ , semper al quid pati partes terrestres omninò verissimu est. Quum enim totum corpus calefiat , quidn & terreæ eius partes incalescant ? At non dixe rim tecum , *in fermentatione terminum à quo esse ter ram, aerem terminum ad quem*. Quum enim in fer mentatione *primò* fiat auctio ignis innati in ma ius, annon verosimile est illum gradum eamq; innati istius ignis inferiorem conditionem p tius esse terminum primarium *à quo* huius mu tationis ? Ille verò ignis quando ita excrescit non utiq; sola terra quid patitur, sed & aër & a qua suas mutationes subeunt: nullâ non part aliquatenus immutatâ. Itaque & reliqua mi corporis elementa suum habent terminum , quo incipit & ad quem tendit mutatio, quę per fermentationem Similiter verò neutiquam probaverim id quod scribis, *in omni fermentation terram*, uti ita loquar, *aerescere aut ἐκπνεῦμα...*, quanquam id ex parte fieri in farinæ fermenta tione, & musti, & cerevisiæ, multisque huiusmo di aliis motionibus verosimile fiat ex levita corporum, quæ fermentationes illas subsequu tur.

Fit autem fermentatione quadam etiam vino acetum, partibus ante volatilibus fixitate consequutis , ut cum Chemicis nostratibus lo quar. Quâ de re infra. Ejusdem fermentation interventu oleum tartari & chalcanthi mista

pu

pulverem resolvuntur. Sic & alia multa inter-lum fermentatione omnem ignis innati vim amittunt, superstite pulvere crasso & insipido. Ita scilicet se res habet. Quolibet in misto corpore ignis quidam connatus reperitur, cujus beneficio & primò est generatum corpus & nũc sibi constat. Quod jamdudum Aristoteli est monitum *l.4.meteor.c.1.* & alibi à nobis demonstratum. Hic ignis verò nonnunquam incandescit, ab externâ quadam causâ excitatus. Fieri autem id nequit mutatione aliquâ illius compositi corporis. Nec immeritò: Cum enim ille innatus ignis sit primarius autor mistionis & conservator, non potest non ejus mutatio trahere secum totius misti mutationem. At illa mutatio sæpè non nisi alteratio est, salvâ superstite pristinâ essentiâ: sæpè tamen adeò est magna, ut mistum illud corpus omnem naturam suam exuat. Posterius in humidioribus facillimum factu est: in siccioribus non item. Quandocunque verò contingit illa ignis connatu exæstuatio, tunc aut manet incandescens ille ignis, aut ex parte exhalat, aut evanescit in totum. Hoc quando fit, tota misti compages solvitur, vinculo mistionis soluto scilicet: erat autem vinculum mistionis iste ignis innatus. In pulverem igitur & aquam cernere est tum resolvi corpora ex quibus concreverant. Si pars ejus ignis exhalet, solvitur item ex parte pristina compositio, manet tamen mistum corpus, sed plerumque pristino illo deterius, certò minus calidum. Itaque utraque mutatio putrefactionis nomine audit, sed

illam ſimplicem vocant, hanc κατὰ μέρος erudi[ti] ab Ariſtotele edocti: Qui optimè omnium u[-]tramque definivit φθορὰν τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑγρῷ οἰ[-]κείας καὶ κατὰ φύσιν θερμότητος ἀπ' ἀλλοτρίας θερμό[-]τητος. Si autem non exhalet ille incandeſcens i[-]gnis, priſtina quidem miſti natura diſcedit, no[-]va tamen fit miſtio & compoſiti corporis gene[-]ratio, id quod temperaturam nanciſcitur illo al[-]tero longè calidiorem. Hoc modo muſtum in vinum mutatur, ex frumento fit cereviſia, ex o[-]mnibus ſeminibus, fructibus, melle, ſaccharo paratur ſpiritus ardens. Quòd nempe in his o[-]mnibus ſuperſtes maneat exæſtuans ille ignis, qui interdum ſolet aliàs exhalare & in fumum abire. Sed de his alibi latiùs.

Ad §. XV. & XVI.

Nihil propriè fermentari, quod non idem humoris pluſculum contineat, docet experientia. Cauſam ejus neſcio, ô optime, an ſis aſſequutus. Adducis miſtionem, adducis terræ tranſitum ad ſuperiora; quæ in omni fermentatione haberent locum, ſi veræ cauſæ forent. At verò primò non omnis fermentatio inſtituitur miſtionis gratiâ, aut *ut partes idoneæ cohæreant*, ſed, ut antè jam dictum, per fermentationem ſæpè miſtio ſolvitur & corpora computreſcunt. Deinde in fermentatione *tranſire terram per aquæ medium ad ſuperiora*, quod Tu ſcribis, etſi varijs modis poſſit intelligi, nullo tamen fortè ſenſu verum eſt. Poſſis enim videri velle terram in aquã, inde in aërem commutari. Id verò in fermenta-

tio-

one crediderim penè nunquam fieri: cum e-
m terra fermentatione incalescit, in spiritum
otiùs calidum siccum, hoc est, in igneam natu-
m commutabitur. Fortè autem non hoc, sed
ud vis, terram in spiritum verti non posse
si mediante aquâ. Cæterùm jam suprà monui-
us, non in omni fermentatione terrâ ita trans-
utari: deberet autem in omni fieri, si humore
diget omnis fermentatio propter istam terræ
utationem. Quî verò & hoc probabis, terram
spiritum verti non posse sine aquâ, *quæ vel cō-
eatum præbeat vel vehiculum*? A veteribus sanè
ontrà proditum est. Sed nec quidquam vide-
ır obstare, quo minùs terræ gravitate & frigi-
itate mutatâ in levitatem & caliditatem spiri-
ıs calidus, levis, siccus, generetur, sine ullo aquæ
dminiculo. Neque verò commeatu opus est
t vehiculo quodam ad id, ut fiat commutatio
la. Ne ad id quidem aqueo vehiculo indiget
iritus ejusmodi, quò petat sursum: cum inge-
itâ facultate, h. e. propriâ levitate ascendat,
on adscititio vehiculo.

Igitur causam ejus, quur valde sicca non fer-
entescant, sed sola illa nonnihil humidiora, a-
n est. Ipse quid sentiam, infrà exponam. Inte-
m & ego omnino credo, nullum penè siccum
rreum reperiri omni humore orbatum. *Penè*
quam. Simpliciter enim haud affirmaverim.
animo est mihi vis ignis, quâ, mirum profectò
t, si non tandem omnis humiditas aquea non-
ullis corporibus possit eripi.

Ad §. XIIX.

A Platone *pura humiditas* opponitur fæculentæ, adeoq; purum illi est limpidum, non autem id, quod nihil habet admistũ alieni. Pellucidas autem bullas limpido humore, constare quur negaverimus? Videris itaque, ô optime, immeritò Platonem tuum sugillare.

Sed & Aristoteli (quod pace tuâ dixerim) omnino injuriam facis. Quando enim sale terræ, vinum & urinam aquæ speciebus annumerat, non id vult quasi sal nil nisi terra sit, vinum & vrina mera aqua. Certè id si persuasisset sibi, stultior fuisset pueris, *qui nondum*, ut ille ait, *ære lavantur*: quod de viro rerum naturalium adeò experto vel suspicari nefas. Contrà verò is tantùm vult, in sale terram, in urinâ & quibusdam vinis prædominari aquam: quod nec Tu, amice, nec quisquam sanus negaverit. Scilicet *cap. illo decimo*, quum ante indicasset materiam corporum similarium esse humidum & siccum, quæ facultates sint evidentissimè conspicuæ in aquâ & terrâ, digerit corpora omnia similaria in varias species ratione materiæ istius; rectè pronuncians, quædam aquæ species esse, quædam mediæ adeò naturæ, ut nec ad aquam nec ad terram possis simpliciter referre, sed ad utrumque; quod scilicet in alijs aqua, in alijs terra prædominetur, in alijs horum neutrum, sed utrumque æquali quadam ratione se habeat. Eodem modo *c. 7. libri quarti meteor.* disertè scribit: ὅσα μὲν οὖν παχύνεται ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ἀλλὰ πήγνυται, ὕ-

δατος

ατος ἐστὶ μᾶλλον. Jam verò in vino terrei quid ipsum agnovisse, liquet ex *cap. illius decimi* clarissimis verbis: ubi in vino novo ait prædominari terram; statim subjungens, εἰ δὲ πᾶς ἰλὺν ἔχει, οὕτω κατέρου ἐστὶν ἢ γῆς, ἢ ὕδατος, ὡς ταύτης ἔχει πλῆθος. Dubitabat scilicet Aristoteles, num omne vinum habeat terreum quid, quod fæcem vini veteres, hodiè vulgò voce à Chymicis mutuatâ, tartarum nuncupamus. (Notum autem nobis in vino sublimato, quod appellant, ejus nihil esse, aut admodum parum.) Hujus verò tartari prout plus minus vino inest, ita vult vel aquæ vel terræ vinum esse annumerandum. Infra disertè addit, quædam solùm vina ad aquæ species pertinere, quæ nimirum frigore congelantur.

Qui potuit verò Aristoteles ignorare terrestres urinæ partes? Apertè *l. 4. part. c. 1.* scribit: ἐν τοῖς ἔχουσι κύστιν ὑφίσταται ἡ ἁλμυρὶς γεώδης οὖσα καὶ ἁλυκή. ὅσον γὰρ γλυκὺ καὶ πότιμόν ἐστι, ἀναλίσκεται διὰ κουφότητα εἰς τὰς σάρκας. Hanc salsuginem terrestrem & albicantem ibidem innuit causam esse, quur avium imò omnium oviparorum excrementa albicent: nempe quod in his quum careant vesica, illa terrestris salsugo ad alvum feratur. Optimè sanè. Neque enim aliâ de causâ avium excrementa salsuginis plus habent, præ excrementis animantium eorum, quę vesicâ sunt prædita.

De sale res itidem clarissima est. Diserta ejus verba sunt: οἱ ἅλες γῆς εἰσὶ μᾶλλον. Non simpliciter igitur sal terreum quid est, sed terreum magis quàm aqueum. Quare? quia terræ plus ha-

bet

het quàm aquæ. Qui verò hoc dicit, non ne eoipso in salibus aquam agnoscit? Sed quid opus est verbis? *Sectione undecima problem.* 4. humor satis dicitur causa ejus, quur sal in ignem conjectus crepitet. In sale marino oleosum quid *sect.*23. *probl.* 15. *&* 32. igneum passim observatur.

Ad § XXI.

Ita sanè est; fibras non observavit in cervino sanguine Aristoteles. Deceptus indubiè eo quoniam ille sanguis ad modum plærorumque aliorum suapte sponte haud coëat: quod & ipse benè advertisti, aliter sentiente Fernelio. Non tamen omne terreum abesse ab illo sanguine visum Aristoteli. Qui enim potuit hoc illi videri? quum constanter adeò doceat, nullum simplex corpus alimenti vim habere, sanguis autem omnis sit alimentum ultimum corporis animati. Propter copiam porro spirituum non concrescere sanguinem illum, est fortè ex parte verum: procul dubio tamen iuvat paucitas fibrarum spirituum autem nomine intelligendum omnino aëreum, non verò calidum quid & igneum. Neque enim cervus calidum habet sanguinem, alioquin enim adeò meticulosus non esset. levem scil. habet, sed à multo aëre. Caliditatem certè sanguinis causam quo minùs coëat haud esse, argumento est, quòd taurinus, aprugnus, leoninus sanguis (omnes temperaturæ præ cervino admodum calidæ) statim atq; effusus est, abeat in grumos.

Ad

Ad Caput IV.

Multa diſſeris hoc & ſequente capite de pu-
tredine; cuius naturam obſcuriorem red-
iderunt eruditorum altercationes, plæriſque
on tàm ad illa quæ vulgò eveniunt , quàm ad
ecepta quædam placita, omnia examinantibus.
Quod autem tuâ pace dixerim, amice, abripue-
ũt etiam Te in devia, nî fallor, aliorum errores.
gitur ut omnia lucem accipiant, age mecum,
epoſitis nonnihil doctorum traditionibus, i-
ſam rerum naturam contemplare. Primò igi-
ır, quando corpora miſta eſſentiam ſuam mu-
ant, ſemper prior illa miſtionis ratio ac tempe-
es ſolvitur. Id verum eſſe experientiâ com-
ertiſſimum eſt. Liquet autem etiam ex ipſá vi
ocem. Si enim eadem maneret miſtionis ratio,
naneret vtique & eadem miſti eſſentia, utpote
uę ſita ſit in ratione miſtionis. Deinde quum fit
a diſſolutio, interdum novũ aliquod miſtum
atim generatur, partibus nonnullis ſecretis he-
rogeneis ; interdum fit tantum nuda diſſolu-
o in ſimplicia elementa. Ita quædam in pulve-
m & aquam abire vel oculis cernere eſt. At pa-
s & caro comeſta ſolvuntur quidem ventri-
li calore, ita tamẽ, ut novus inde ſuccus gene-
tur mox in ſanguinem aptus converti. Eodem
odo ex muſto diſſoluto fit vinum, ex vino ſpi-
tus vini. Ex carne ſolutâ & eodem modo ver-
es naſcuntur.

Hæc ita ſeſe habere, quotidianis experi-
entis vel ſexcenties eſt deprehendere; itaque

nec

nec temerè in his quidem falsi sunt veteres, q
paulò accuratiùs rerum naturam sunt scruta
Porrò quum in omni huiusmodi mutatio
corrumpatur mistum ac intereat, misti verò co
ruptionem omnem σῆψιν aut putrefactione
appellare mos olim loquendi tulerit, omnis e
go misti essentialis transmutatio putrefacti
quædam est, latâ illâ significatione vocis putr
dinis. Est tamen misti dissolutio primariò, qua
do in simplicia sua resoluitur: itaque & hæc e
potissima & propriè dicta putrefactio, compo
sitioni & mistioni è diametro opposita; aliæ v
rò mutationes multæ dissolutiones quidem sun
& corruptiones quædam, sed longè minores,
deoq; non æquè propriè putredines appellan
dæ.

Quoniam tamen dum mistione aliquo
corpus contabescit & in simplicia dissolvitu
adeoque vera putrefactio fit, interim nonnulli
partes denuò coëunt & commiscentur; effic
tur eo, ut rectè dicamus in quadam putrefactio
ne fieri generationem & mistionem. Non qua
putrefactio sit mistio & generatio formalite
sed quia ex unius dissolutis partibus alterius no
va fiat mistio. Ad hunc modum multa animal
ex putri materiâ & interventu putredinis na
cuntur, putri sc. materiâ per novam mistione
coëunte, & putredinem excipiente novâ gene
ratione. Aristoteles 4. *meteor c.* 1. his verbis utitu
καὶ ζῶα ἐγγίνεται τοῖς σηπομένοις διὰ τὸ τὴν ἀποκε
κριμένην θερμότητα, φυσικὴν οὖσαν συνεστάναι τὰ ἐκ
κριθέντα. Optimè profectò. Ignis nempe separa

tiu

us denuò coire facit congregatusque dissolu-
as humidas & siccas partes. Fit autem sæpenu-
nero, ut id, quod generatur ex misto ita putre-
cente, nobilius sit atque excellentius eo, quod
utrescit, eoque dignum est, mutationem illam
enerationem potius appellare, quàm putrefa-
tionem. Quomodo & Aristoteles optimè ob-
ervavit, unius substantiæ corruptionem alterius
sse generationem. Interdum tamen videtur
otius generatum quid quàm corruptum, inter-
um corruptum potius quàm generatum, pro
iversâ naturâ eorum, quæ & vel intereunt ve l
iuntur. Quâ de re vide sis auream viri maximi
octrinam *l.1.de generat.& corrupt.c.3.*
Cæterùm his positis, nî fallor, haud difficile
xpeditu erit, an in omni fermentatione sit pu-
redo, an in nullâ, an denique in unâ quidem, in
liâ non. Sumemus enim vocem illam licèt cum
eteribus nonnullis pro omni essentiali com-
ositorum corporum transmutatione, non ta-
nen in omni fermentatione adest putredo. Fit
nim sæpe solùm alteratio quædam, salvâ ma-
ente misti corporis essentiâ. Ita sanè videmus
cerevisiam & vina novâ quadam factâ fer-
nentatione, defæcari. Si autem hoc verum, mul-
o minùs ergò in omni fermentatione fit pro-
riè dicta putrefactio. Videmus tamen res quas-
am fermentatione revera dissolvi & putresce-
. Fermentatione enim nonnunquam ex vino
t vappa, oleum tartari & spiritus chalcanthi mi-
a fermentatione in pulverem abeunt & aquam;
e nunc alia multa in exemplum vocem, nomi-
na-

natim illa, quæ fermentationis interventu præ-
cipitantur, ut chymici loquuntur. Itaque interdum quidem fermentatione putredinem & mi-
sti dissolutionem induci, minimè profectò ne-
gandum. Et verò quæ Tu adfers, amicissime,
tantùm id probant, non cum omni fermen-
tatione putredinem esse coniunctam: quod ve-
rum: sicut falsum illud, per fermentationem ni-
hil putrescere.

Ad §. XXIX. & XXXII. & XXXIV.

Benè probas, essentiam fermentationis nec-
esse positam in separatione & dissolutione
mistorum corporum: sumpseras autē Tibi pro-
bandum, putredinem semper abesse. Neque ve-
rò Aristoteli visum, omnia quæ putrescunt, in
pulverem inutilem abire & meras sordes: iam
enim à me adducta eius verba, quibus disertè
pronunciat, ex putridis nonnunquam & ani-
malia generari: quam rem idem auctor optimè
exponit *l.3. de gen. animal. c. ult.*

Ad §. XXX.

Quando Aristoteles ambientis caliditatem a-
gnoscit causā putredinis, haud crediderim
ab eo negatum, quædam & à frigore ambientis
διὰ ἀντιπερισάσεως posse putrefieri. Neque enim
ignoravit ille vim calefaciendi, quæ ab antiperi-
stasi, utpote quammultis in locis optimè expo-
suit. Putrescere verò nonnulla ad eum modum
frigore, notissimum est. Medicos certè haud po-
test id latere, qui brumali tempore ipsorum cor-
porum

orum humanorum magnam ſæpè ex putredi-
e ſtragem experimur.

Ad §. XXXIIX.

n tartari vitriolati confectione haud fieri mi-
ſti diſſolutionem, dubito an rectè probes ar-
umento illo, quòd humor quo diffluit, vel o-
um tartari vel ſpiritus chalcanthinus, ſit pere-
tinus. Enimvero & ipſe concedo, illum humo-
em olei tartari æquè eſſe adventitium quàm eſt
le olei ſulphuris per campanam. Nec diſplicēt,
uæ in paradoxis poſt Angelum Salam doces de
halcanthi generatione. Certum tamen eſt, u-
umq; illum humorem adeò eſſe utriq; , tartari
quam oleo & ſpiritui vitrioli proprium, ut
eutrum ſine illo ſuam iſtam liquidam conſti-
tionem poſſit ſervare. Igitur eſt peregrinus &
on eſt ille humor: quomodo & farinæ peregri-
a eſt aqua & non eſt. Certè ad farinæ quidem
ſentiam non facit aqua & affundi ſolita: facit
men, ut inde maſſa confici queat in panem
oquendum. Quando ergo in tartari vitriolati
onfectione ſeorſim pulvis aliquis ſeorſim hu-
or ponitur, revera fit diſſolutio compoſitarum
nte partium & commiſta duo corpora reſol-
untur.

Ad Caput V.

PUtredinis voce acceptâ pro diſſolutione in
prima ſimplicia, pulverem, aquam; in aceti
oductione non putreſcere vinum rectè profe-

 ctò

ctò demonstras. Admodum verò dubito, an
ipse Galenus id voluerit significatum. Pote
putredo accipi etiam pro quavis corrupti
misti corporis in deteriorem vilioremq; co
tutionem: quod ante dictū. Eiusmodi verò
fieri, dum acescit vinum, neq; Tu forsan, a
negaveris. Certè Zabarella, quem sequeris,
dedit manus. Fatetur enim admitti posse sen
tiam Galeni, si non verâ & propriè dictâ pu
dine dixerit acetum ex vino generari: quim
ipse vult acescere vina pereunte eorum ca
vitali & animali, quem appellat, & solo supe
te eo, qui mistionem ingreditur. Duplex sci
in vino calidum, & duplex humidum credi
esse. Quam viri doctrinam penè ad verbum (
barellæ nomine dissimulato) in suum volu
de morbis & seroso humore ortis Carolus Piso tr
tulit: nos tamen neutiquam nostram facim
quando & tu eam improbas capite proxi
Sed ea de re alibi. Inter Chemicos magnæ fa
artifex Iosephus Quercetanus *defension. Her*
med. c. 20. acetum fieri docet detracto vini s
tu atq; essentia æthereâ dulci & sulphureâ: q
verbis circumscribit tenuem & calidum vini
ritum. Eum verò sequuntur eius gregis alii h
pauci. Ita omnes penè etiam in id consenti
acescentibus vinis perire nonnihil calidi
quod in vino præcipuum fuit. Etiam Aristo
eandem sententiam attribuit Galenus: in su
stitibus tamen Aristotelicis scriptis haud le
Ipse ita videor mihi rectè colligere. In aceto

alidæ, leves, & tenues partes, quæ in vino dominantur, non amplius pristinâ sunt virtute; ergo calor, quo maximè constitit vinum, non superest in aceto. Antecedens notum est, si non aliunde, saltim chymicis experimentis quæ si Tibi narrarem, aut impudens aut imprudens fuerim. Si autem non superat amplius illud calidum, aut mutavit naturam aut exhalauit. Sennertus noster *de scorbuto c. 2.* vult haud exhalare, dum vinum acescit, vini spiritum & volatilem salem, sed tantum reddi fixū. Nec tu multum dissentis, etsi aliis utare verbis. Ego ἐπέχειν malo quam alterutrum asserere. Namq; & Sennerti nostri argumenta, si quid probant, quod infra videbimus, nihil aliud probant, quod infra videbimus, nihil aliud probant, quam salem volatilem figi: igneam autem vini substantiam superare, probant minimè. Nec habeo tamen quidquam quo adversam sententiam statuminem. Fieri tamen posse, vt spiritu ardente separato generetur optimum acetum, argumento sunt hydrosaccharum vinosum & varij generis fermentata Angelo Salæ ita dicta, ut alia nunc taceam: quæ omnia primo spiritum ardentem, inde acetum acerrimum præbent: solet quoque spiritu illo separato superesse semper nonnihil acidi tartari; quibus est salsini crystallinus dictus; is autem etiam Te auctore materia est aceti.

Cæterum sive exhalet igneus vini spiritus, sive alteretur, id tamen omnino concedendum,

aliam longè esse rationem & gradum caloris in vino, alium in aceto: adeoq; dum acescunt vin corruptionem aliquam fieri vini & putredinem: etsi propriè dictâ & simplici putredine acetum neutiquam generetur. Scilicet si esset caloris eadem in vino & aceto ratio, eadem etiam utrique competeret temperatura: quæ tamen diversissima est. An forte Galenus noster, quando putredinem in aceti generatione agnoscit, non illam propriè dictam putredinem, sed istam alteram intellexit? Sanè si ita est, nec argumenta Zabarellæ solvere difficile fuerit, nec huc multum valebunt, utpote quæ id tantum evincere tenten quando acescit vinum, tum novum aliquod mistum corpus generari, non verò penitus dissolvi vini partes in simplicia, elementa: quod nescio an cui paulò doctiori venerit in mentem. At verò vino putrescente quid prohibet ne generetur novum in istum corpus? Interim rectè omnino probâsti, acetum neutiquam esse merè putridum quid, neque id qui statuunt (si qui fuerint argumentorum tuorum vim possunt effugere.

Ad §. XLII.

In aceto esse insignem ignis facultatem verissimum est. Et verò agnovit illam Aristoteles quãdo id dixit, quod illi Galenus adscribit, acetum adscitio calore ex putredine concepto pollere. Agnovit & *sect.* 33. *problem.* 1. 5. 7. quæ loca rectè in testimonium laudas. Eius discipulus Theophrastes, vir vtique summus, *l. de igne* cum

aquam

quæ & olei meminisset, de aceto addit, illud esse *liquorum calidissimum*. Galenus considerans aceto nihil esse ad ignem caloremque extinguendum efficacius, maluit frigidum pronunciare acetum quàm calidum: neque enim videbat, quî res calida extinguat calorem; & tamen calorem aceto omnem denegare non potuit: itaq; adeò dubiè & inconstanter loquitur de aceti temperie, ut quid dicat aut non dicat haud facile intelligas. Quam hæsitantiam optimo iure perstringis in epilogo. Videris autem tu, amice, hunc nodum dissimulare: tantum abest ut solveris. Etenim benè quidem insignes caloris effectus in aceto observâsti; longè certissimum tamen est, & extingui ignem maximè, & prohiberi ne quid ardeat, aceto: itaque id docendum, quî utrumque hoc fiat, an per se, an per accidens, & quomodo. Cæterum, meo quidem iudicio, iam dudum Gordius hic nodus solutus est à Theophrasto nostro *l. de igne*, nunquam satis laudando, cui iam straverat Aristoteles *l. de iuvent. & senect. c. 5.* ubi de caussis ignem perdẽtibus loquitur. Theophrastus scilicet optimè observat *ad ignis extinctionem efficacissimum esse principii interitum*: hunc autem contingere nunc suffocatione, nunc frigore contrario, nunc utroq; adeoque in extinguendo igne plurimum valere quæcunque ad principium subitò penetrare idq; suffocare possunt: eiusmodi verò esse acetum. Hâc de caussâ picem ardentem non aquâ sed oleo restingui cum dixisset, addit: πάλιν δὲ τὸ ὄξος σβεστικώτερον

τοῦ ὕδατος, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, θερμότατον ὂν τῶ
λοιπῶν. εἰσδύεται γὰρ μάλιστα καὶ πλεῖστον, ὥστε θιγγ
νειν τῆς ἀρχῆς. οὐ γὰρ, ᾗ ψυχρὸν, σβέννυσι πάντως τ
ψυχρόν. τοῦτο δὲ δῆλον, ὅτι καὶ τὸ ζέον ὕδωρ. ἀλλ' ᾗ τὴ
ἀρχὴν ἀποκλείει καὶ καταλαμβάνει. *Rursus acetu
eandem ob causam quàm aqua magis extinguit: cu
sit tamen reliquorum calidissimum. Subit enim max
mè & magnâ copiâ, ut principium attingat. Nam qu
frigidum est, non quia frigidum, usquequaq; extingu
(quod ex eo perspici potest quia feruens aqua extingu
sed quia principium intercludit & occupat.* Igitur ac
tum ex Theophrasti sententiâ extinguit igne
atque ex consequenti refrigerat non frigore su
sed compressione & suffocatione. Optimè pr
fecto. Quod mirum tamen est, post Theophr
stum nemini id observatum, ne Galeno quide
excepto, viro antiqui Peripati studioso. Adeò v
rò mihi hæc Theophrastica arrident, ut censea
haud aliâ de causâ vitriolum, nitrum, & utriu
ut & salis, sulphuris, tartari, acidos liquore
chemico artificio paratos, camphoram item, o
pium, cicutam ac similia, corpus nostrum refr
gerare, nonnulla & νάρκωσιν inducere. Omnia e
nim illa plurimum calidæ igneæ substantiæ po
sidere, iam ab alijs abundè est ostensum, & tam
certum est eadem refrigerandi valere potestat
Verum de reliquis illis alibi commodiùs diss
retur. Vt autem ad calorem aceti redeamus, i
illud quod ex Aristotele adfert Galenus, in ace
to esse *calorem putredinis*, fortè hunc sensum h
bet: calorem vini putredine solutum acetu
ingre

gredi novâ factâ mistione; quomodo scilicet
ndem audivimus supra in meteorologicis dis-
entem, in putrescentibus nasci animalia eo
aod separatus & solutus calor faciat de novo
nsistere ea, quę soluta erant. Si id autem voluit
e, omnino ille tecum est. Mihi verò admodum
obabile est hoc ipsum illi placuisse, etsi fortè
alenus nonnihil sequius acceperit. Ponamus
men aliud & illum voluisse: tuum tamen ar-
ımentum haud videtur firmum. Vappa scilicet
on calet, quia spiritus solutus aceto denuò ex
arte est comprehensus. Neque enim acetum
erè putridum quid est, sed novum mistum
ost vini putredinem pronatum. Quod quia
on observas cum Zabarellâ, evanescit robur ar-
umentationum tuarum.

Ad Caput VI.

DE aceti generatione à paucis veterum accu-
ti quidquam est proditum. In recentio-
bus etiam non nisi paucissimi rem hanc exqui-
tiùs attigerunt, etsi maioribus experimentis
otuerint instrui. Namque nunc quidem explo-
atum est non ex vino tantùm, sed & ex cereui-
â, imò in vniuersum ex omnibus inebriandi fa-
ultate prçditis liquoribus (quales fermenta-
ionis beneficio ex omnibus seminibus, ex mel-
e, ex saccharo parantur,) acetũ confici. Cõper-
um etiã, ex multis metallicis, sale, sulphure, ni-
ro, chalcantho, ut & vini fæce ac similibus arte
onfieri liquores, quos spiritus, vulgo dicunt, a-
eti naturam referentes, longè tamen penetran-
tiores

tiores & fortiores. Quæ omnia veteres latu[...] certum eſt, multum tamen faciunt ad aceti n[a]turam penitius intelligendam. Ex his enim d[o]cere eſt, ea quæ tenuium ſunt partium, calida[...] ἀναθυμιατὰ in acetum commutari: quæ aut[em] eiusmodi non ſunt, ex ijs acetum minimè co[n]fici poſſe. Quod ſcire plurimum intereſt:

Ergo qui nihil aliud dixerunt, quàm a[ce]tum naſci ex vini putredine, ferè nihil nos d[o]cuerunt, quod non quivis noverit ex vulgo, [...] certè putredinis voce ſignifices corruption[em] vini. Corruptio enim generale aliquid eſt: p[o]teſt autem una eademq; res plurimis modis c[or]rumpi, ſimulq; varias iterum formas aſſume[re]. Itaq; ſpeciatim docendum fuerat, qualis illa corruptio, quâ acetum naſcitur, ſimulq; exp[o]nendum, non vinum ſolùm, ſed multa etiam a[lia] in acetum abire, & quænam id patiantur.

In recentioribus Quercetanus in ipſo [vi]no integro vult latere iam reapſe acetum, n[ec] ſentiri tamen propter admiſta multa dulc[ia] quæ aceto iuncta vinoſum ſaporem edant: ſe[n]tiri verò acetum dulcibus illis demum illis e[x]ſpiratis. Eius ſententiam video multis alijs [...]riſiſſe. Sed nonnulla obſtant quo minus poſſ[it] admitti. Primò n. ſi tanta aciditas & acrimo[nia] iam tum in omni vino adeſt, quanta in aceto d[e]prehenditur, nullum vinum fuerit verè dulc[e]. Ne ſaccharum quidem dulceſceret, namq; h[oc] acetum præbet acerrimum; Atqui totum ſa[c]charum dulce eſt, nec in vino dulci acetum gu[]ſtus deprehendit: nec falli tamen ille ſenſus p[o]-

te[...]

est à sapore. Deinde si verum est quod illi aiunt, etiam vinum & cerevisia & saccharum aliaque similia in acetum apta mutari non minus atque acetum ipsum posse, at corallia margaritas aliaque eiusmodi solvere. Neque enim ille spiritus vini aut cerevisiæ quem credunt exhalâsse, obstat solutioni, sed potius illam promovet utpote quum sit calidus & tenuium partium. Petrus Castellus *in dodecaporio chalcanthino dubitatione tertiâ* vult, acetum omne nasci putredine quadam & regressu ad eam aciditatem, quæ olim adfuit, eoq; nec acescere corrupta, nisi quæ iam ante fuerint acida. Habet quidem simile quid & Theophrastus *l. 6. de caus. plant*: *c.* 10. ille tamen de solo vino loquitur: quod solum tum quidem acetum dabat. Cæterum compertum hodie est etiam mel, saccharum, lac, omneque cerevisiæ genus, quorum nihil fuit aliquando acidum in acetum acerrimum commutari. Ipsa aqua pluvia putrescens acescit. Contra sensum certè pugnat Castellus, quando hordeum & triticum immatura acidi saporis esse affirmat. Rectius Theophrastus l. laudato c. 8. *Quædam principio velut insipida dilutaq; sunt, ceu frumenta: exempli gratiâ triticum, hordeum & similia.* Quod ipsum & Galenus confirmat 4. *simpl. c.* 14.

Quæ Aristoteles noster prodit *l. 3. de generat. animal.* speciatim magis aceti ortum illustrant: verùm utut ipsemet tibi illum locum aliquando laudaverim, nunc tamen dubitare incipio, num & ille vel tecum vel cum veritate satis consentiat. Sanè fæx aut ἰλὺς ipsi est quod vulgo nunc

tartarus audit : intelligit autem indubiè illam
quam vinum in dolio jam deposuit , non vero
illam , quæ cum vino adhuc est commista. Scili-
cet hæc eâ ætate ignota fuit , nec illud nomini
meruit : sola verò illa separata fæx τρύξ dicta. Er-
gò hic sensus Aristotelis : acescere in doliis vina
quando illa separata & in fundo subsidens fæx
sursum fertur cumque vino commiscetur : id ve-
rò fieri caloris vi. Verba ejus clara sunt : ὥσπερ
οἱ οἶνοι ἐν ταῖς ἀλέαις ὀξύνονται ἀνατρεπομένης τῆς
ἰλύος· (οὗτο γὰρ αἴτιον τῆς διαφθορᾶς) καὶ ἐν τοῖς ὠοῖ
ἡ λέκιθος. οὗτο γὰρ ἐν ἀμφοτέροις τὸ γεῶδες. διὸ καὶ
ἀναθολοῦται ὁ οἶνος, μιγνυμένης τῆς ἰλύος.

Ab his verò multum abit tua sententia : ne-
que enim acescunt vina, te auctore, per commi-
stionē subsidentis fæcis, sed per maturationem
terreæ substantiæ vino jam permistæ. Non sum
autem illa veritati quoque omni ex parte con-
sentanea. Acescunt enim etiam illa vina inter-
dum , quæ fæcem huiusmodi nullam deposue-
runt: quanquam in acetum proniora sint quibus
fæx aliqua subsedit.

Tua , amice , opinio per profectò & pulchr
& ingeniosè excogitata ; me tamen adhuc du-
bium habet. Acetum enim vis nasci terreâ vini
parte beneficio caloris subtiliore ac calidiore
redditâ. Cæterùm eam in aceto minus esse sub-
tilem calidamque quàm in vino, argumentum
est gravitas : etenim in aceto illæ partes sunt
graviores longè quàm in vino, atque idcirco mi-
nùs calidæ ac subtiles. Docet hoc destillationis
artificium: vinum enim levi calore exhalat , i-
fum

ando relictâ exiguâ portione tartari, aut, ut alij ocant, salis vini chrystallini. Acetum autem si gne urgeas, aquam primò dat penè insipidam, ide demum succedit, quod spiritum vocant a-eti, obsidente multo tartaro acerrimi saporis. Quanquam verò acetum destillatum cerevisiæ, nulsi, sacchari hujusmodi tartarum haud depo-at, primò tamen & ipsa illa non nisi aquam aut, quam mox excipit spiritus. Quod certissi-num est argumentum, partem terrestrem acidā raviorem esse quàm ut levi calore ascendere ossit. Docet idem aceti & spiritûs ejus natura ammæ contraria: namque & accendi non pos-int & flammam extinguunt: cum vinum ex ad-erso & vini spiritus flammam facilè concipi-nt. Est autem illa aceti natura haud aliunde uàm ab illâ gravitate terrenâ. Flamma scilicet st fumus ardens: ergo quæ difficulter in fumū beunt, flamam alere inepta sunt. Talia verò int acida. Et verò si citò exhalaret acetum, non deò promptè extingueret ignem, utut sit pene-rans admodum. Etenim vini spiritus penetran-i vi superat acetum, non extinguit tamen. Suf-ocatio ergo, quæ ab aceto est, non à solâ est pe-etratione, sed etiam à gravitate ejus terrenâ, uâ prohibet effumationem: quod tamē Theo-hrasto observatum non fuit. Igitur acetum otiùs dixerim nasci per terreæ partis in vino, erevisiâ & similibus tenuis & levis, in crassitiem liquam & gravitatem mutationem. Quam sen-entiam & Sennertus noster probat, *tract. de scor-uto c. 2. Ne ambagibus*, inquit, *utamur: acetum è vi-*

no sunt, fixione, ut Chymici loquuntur, putamus. U
tur quoque penè ijsdem nobiscum argument
Quæ, nisi fallor, valida sunt probandæ fixioni
li, ut ita loquar, salis aut terreæ partis ; etsi n
probent fixionem igneę portionis, quam ijsde
illis conatus est adstruere: quod jam monuim
ad caput quintum. Nisi verò admodum falle
illustrat meam illam sententiam haud paru
id quod rectè in aphorismis suis *sect. 1. aphor.*
scriptum reliquit Angelus Sala: *Omnes spiritus a*
di possunt in formam solidam condensari, coagulari
in pulverem verti: eorum quin etiam quidam ita fix
ri, ut examen vehementissimi etiam ignis sustinere v
leant: ut vel hinc, cujus illi sint naturæ, & ex quana
substantia compositi, satis superq; colligere liceat sapie
tibus. Etsi enim haud constet, reipsa adeò fixa
esse terrestrem spiritus illorum substantiam,
tamen docet esse illam aptam adeò fixari.

Nec verò id volumus, in aceto terream sul
stantiam suam omnem levitatem & tenuitate
aut caliditatem amisisse: sed tantùm hæc omn
aliquantulum remissiora reddita. Tenuitatis
nim in aceto argumentum insigne est penetra
di illa facilitas: ut caloris illa vis solvendi duri
sima quæque. Et porrò acetum vino quide
gravius, levius tamen multò acidis illis succ
ribesiorum, berberum, citri, limonum, omph
cij. Hi enim balnei calore non ascendunt in
lembicum, nec spiritum aliquem acidum pr
bent nisi accensi; quum tamen leni balnei æst
spiritus aceti proliciatur. Quæ res indubiè cau
est diversarum facultatum, quas in succis illis d

pr

eprehendimus medici & in aceto, si quando orum aliquid ægrotis propinamus. Scilicet a- da, alia sunt tantùm acida, alia simul alium a- quem saporem habent commistum, vel acer- um, vel amarum vel dulcem, vel acrem: quod enè est à Galeno etiam notatum *l. 4. simpl.* In ceto adest præter aciditatem acrimonia, potis- mum in aceto vini; in alijs minus; eoque ferit cetum viscera, non roborat, ut illa quæ simul a- ringendi facultate pollent.

Ad §. LVI.

Non vult Aristoteles, igneum illud quod est in vino, ad vini essentiam non pertinere, d tantum, esse illud ab aquâ, quæ potissimum onstituit vini corpus, alienum. Scilicet est in vi- o igneū illud, quomodo est in urinâ quomodo lixivio: quæ & ipsa magnâ ex parte aqua sunt. e sanguine egregiè differit Aristoteles *tertio se- endi part. animal.* caliditatem ad sanguinis defi- tionem pertinere, sanguinem tamen non ca- re ex se & sua naturâ. Alibi spiritum seminis di- inguit ὑπὸ τῆς ὄγκε. Et verò adeum planè modū lorem inesse vino, argumento est, quod exi- ua spiritus ardentis portio magnam vini doliū uasi animet quodq; spirituosum illud facilè ab quâ illa queat seiūgi; quod utique minimè fieri olet, siquando paribus viribus elementa coie- nt. Vnum te rogo: ne Aristotelem contendas um aliquo *vilissimo ex plebe*, multò minus illi nc præteras certè calor vini haud fuit ipsi ig- tus. Disertè *nono quarti Meteorologici* vinum cu-

ius

ius vis inebrians exhalavit, negat esse vinum i
ipse : habere autem omne vinum exhalab
quid & flammam emittere: Quo simul cons
haud ignoraram Aristoteli naturam spiritûs:
dentis vini. ἀναθυμίασις enim illi est aliquid s
cum & calidum ac potentiâ ignis. Talis pror
natura est illius spiritus. Quo enim purior eò s
cior est; adeò ut puritatis maximum signum
si nec saccharum solvat amplius nec sal totu
in flammam abeat nullo superstite humid
Vim porrò vini inebrieantem in illâ exhalat
substantiâ esse sitam, docetur etiam *l. de somno*
ubi item præclarè ostenditur, eam ipsam ἀναθυ-
μίασιν in causâ esse, quur vinum sit ὑπνωτικὸν
necessum sit ad proprietatem nescio quam su
stantialem cum Mercuriale ; aut ad occult
vim ναρκωτικὴν, cum Platero recurrere. Indul
verò ab eodem maximo viro isthæc omnia c
riùs deducta sunt *l. de ebritetate*. Certè etiam
quæ *sect. 3. problematum* huius argumenti habe
tur, superant conatus omnis secuti ævi; si qu
rectè iudico. Sunt autem fortè desumpta ex i
de ebrietate libro. Vt enim alibi ostēditur; pro
lemata nostra à Peripatetico quodā ex varijs
bris Aristotelis, Theophrasti & Stratonis com
ta sunt.

Ad §. LXXXI.

Zabarellæa ista eo maximè laborant, qu
duplicem calorem, duplex humidum
ctor iste vino adscribat, nullâ fultus probab
collectione, nullo experimento: quod in
me

monstratore minimè ferendum, in Zabarellâ etiam detestâdum; ut qui se vindicem apodicti-ces professus sit, tam multis editis voluminibus. Cæterum neq; tu, ὦ δαιμόνιε, videris rem planè exponere. Namque fermentationis non una est ratio sed multiplex: ceu supra iam est dictum. Itaque disertiùs exponendum erat; qualis sit illa fermentatio, qualis mutatio, quâ acetum nascitur. Fermentatione enim etiam ipsum vinum fit; fermentatione nonnunquam vappa oritur. Sed nemo tibi temerè succensebit; ut qui nos sat multa docueris alia, & commate 83 *absoluti aliquid de hac re tradere nec opis tuæ esse nec operæ præsentis* protestatus sis. Videtur verò & mihi exacta huius rei doctrina operosior, quam ut instituto conveniat: utpote quæ totum de saporibus argumentum involvat, quod & difficile est expeditu & diffusum. Igitur ut rem in pauca contraham: à calore quidem acetum omne imò omne acidum confieri omnino ponendum est. Neque verò huic positioni obstat, quòd acida credantur frigida, aut verò quòd cruditas ventriculi acida frigori feratur accepta: tantum enim per accidens acida refrigerandi vi pollere, iam tum supra dictum est; nec cruditas acida est à frigore simpliciter, sed à frigidâ intemperie h. e. minore iusto ventriculi caliditate.

Alexander Trallianus nos docuit, nonnunquam illam aciditatem ab intemperie esse calidâ curandamq; frigidis non calidis. Verùm hoc alibi clariùs patebit, ubi docebitur, omnem omnino saporé beneficio coloris confici. Vt au-

tem

tem ſpeciatim magis aceti ortum exponamu
videtur in aceti generatione calor fermentar
ſubtilius humidum in vaporem agere, aut cert
ſeparare à terreâ ſubtiliore ſubſtantiâ, quæ hu
mido iſto eſt ſoluta, atque hoc modo illud ter
reum reddi fixius. Scilicet fixitas illa (loqua
nunc cum vulgo) non poteſt non fieri concre
tione quadam atque exſiccatione. Illa verò et
& à frigore quodammodo contingat nonnun
quam, heîc tamen nō niſi à calore proficiſcitur
neque enim ſolvitur calore. Atqui omnis, quæ
calore eſt, exſiccatio, ſeparatione fit humidi. Ig
tur quando acetum fit, ſubtiliores partes terre
ſtres, ſubtiliore ante humido liberantur. Et ver
quò illud humidum magis magisque diſſolv
tur, aut quo magis magisque affunditur, eo & al
lij aliique ſapores generantur: dulces quiden
ab humido concocto copioſiore, amari autē
ſalſi ab eius abſentia, alii intermedij ab interme
diâ quadam humidi illius & ſicci ſapidi conſt
tutione. Igitur calor, quem cernimus requiri a
aceti productionem, proximè requiritur ad i
lam exſiccationem: neque fit acetum ex liquor
cuius ſpiritus ardens omni ex parte exhalavit, ſe
ex generoſiſſimo potu generoſiſſimum acetu
confit, quoniam ſc. omne acetum præter acid
ratem poſtulat acrimoniam, quæ perit cum e
halante ſpiritu, & in generoſo potu potent
maximum eſt. Verum, ut ante dictum, hæc pro
dignitate exponi nequeunt, niſi totâ ſaporu
doctrinâ excuſſâ: quam novatorum quorunc

contr

ontradictiones & calumniæ cumprimis per-
mplam fecerunt & operoſam.

Ad Caput VII. § LXXXV.

CONſtans ſanè dudum fuit illa ab Hippocrate primùm prodita ſententia, aceto τὰ ἐλαινα ζυμȣ̃σθαι καὶ μετεωρίζεσθαι: vix enim ab uno lteroque in dubium vocata. Tu tamen in ſeuiorem partem declinas. At Hippocraticæ ententiæ veritatem; niſi admodum fallor, doet nos uſus in verè melancholicis, in quibus umor ille ater dominatur; Neque verò eſt uur ſpleneticos objicias commate 86. Falſiſſium quippe, omnes illos eſſe atrabiliarios, ut alſum eſt illud, licèt adeò decantatum, lienem ſſe ſedem iſtius humoris: quod latè aliàs oſtenimus. Nec verò hæc ſententiæ fortè ante Gaenum auditæ: certè nullibi reperiuntur in moumentis iſthoc ævo antiquioribus. Cæterouin docet ſanè nos uſus quotidianus, quantum d lienis affectus valeat acetum. Neque idiſum latuit veteres artis noſtræ principes. Scoo ſplenetico propinatum acetum mulſum *l. 2. bidem. ſect.* 3. ipſemet annotâſti. Eodem autem nodo auctor *l. de intern. affect.* in magnis lienib. cida & acerba exhibet omnia, non olus ullum octum ſine aceto, radiculam quoque & apium x aceto præbet. Celſus *l. 4. c. 9. Acida*, ait, *maximè onveniunt & acetum acre per ſe ſorbere, & magis etum quod ſcyllâ conditum eſt, expedit.* idem *l. 5. cap.* 18. nalagma ad lienem deſcribit aceto acerrimo emperatum. Ipſe Galenus noſter *l. 5. de comp. ned. ſec. loca c.* 2. multa laudat ſplenicorum reme-

dia ex aceto mulſo aut ſcyllitico. Aliorum te
monia nolo nunc in partem citare.

Pari modo non eſt quod prætendas tempe
menti ſimilitudinem in humore illo pariter
aceto. Etenim eſt & ſimilitudo quædam in
tartari & chalcanthi ſpiritum, commiſti tamen
mant, ſpumant, incaleſcunt; uno verbo, ferm
tantur. Hanc verò fermentandi pronitate
non minus in atrabiliario illo humore eſſe q
in aceto conſtat. Namque & ille vel vomitu
jectus fermentat terram: multo ergo magis i
ipſum fit, quando aceto irrigatur. An acetu
poteſt etiam prodeſſe atræ bili æſtuanti, non
rò quieſcenti? Equidem ferventi iſti bili mal
alios potius ſuccos acidos obijcere quàm ac
tum.

Ad §. *XCIV.*

PRimus ſanè Valerius Cordus ejecit theria
chalcitidem: Eum ſecutus Fernelius, ut h
Plancius. Deſcendit autem in eam ſententia
& Bernardus Deſſennius. Omnes cauſant
vim ejus cauſticam corpori inimicam. Sed re
reſpondens, tantillum chalcitidis tantâ Ther
ces mole exceptum obeſſe non poſſe. Et ve
omnis olim theriace accepit chalcitidem: nih
ominus feliciter ceſſit ejus uſus compluribus
culis. Quare verò Andromacho placuerit ch
citidem intermiſcere, meritò quis dubitet: V
roſimile mihi eſt factum idipſum, quod cha
chantum valeat ad fungos noxios, Androm
chus autem, (ſuo, neſcio quo, conſilio) voluer

m

dicamento isti indere omnia tum nota ἀλεξι-
φαρμακα: sed pro chalcantho substitutam chal-
dem. Promoveri tamen & fermentationem
alciti de non dubito. Certè quæ tu in eam sen-
tiam adfers, admodum placent.

Ad Caput IIX.

non defendit Platonem illa excusatio quam
supra attuli, equidem ejus partes haud tue-
r. Certissimum quippe, non omnem misto-
n corporum fermentationem ac ζέσιν ab aci-
provenire. Quinimò, quorundam rerum
nentationes ab aceto atque acidis impedi-
ur. Iam enim supra dictum, nihil ad flam-
m extinguendam acidis esse promptius. Et
ò quid familiarius nobis quàm aceto simili-
que acidis succis exæstuantem bilem in ordi-
n cogere?

Ad §. CI.

DE exæstuatione calcis vivæ ex lapide calca-
rio paratæ non est quod dubites: quanquã
a sit natura calcis, quam dant conchylia cõ-
sta. Familiariter id his in terris notum & iam
e bis mille annos. Theophrasto proditum *li-
de igne*. Cæterum exæstuationis illius ac fer-
ris, qui oritur affusâ aquâ, causam in antipe-
asin primus, quod sciam, retulit Petrus Apo-
nsis: cuius sententiam videtur secutus Iulius
esar Scaliger. Quæ tu cum Pinciero contra
putas, placent maximè. Eandem verò opi-
D 2 nio-

nionem confutaverat jam ante Daniel Furl[...]
doctissimus vir in commentariis ad Theop[...]
stum. Alij ad antipathiam confugiunt: igne[...]
nim in calce latentem fugere naturali quo[...]
dissidio aquam, atq; hinc exæstuare calcem. [...]
rùm hi nō abeunt à Scaligero, nisi quod ille [...]
sam fugæ velit esse frigus circumstans. hi oc[...]
tum dissidium causentur. Verùm huiusmodi [...]
nis fugam minimè fieri in calce rectè proba[...]
lud ex Pinciero à te allatum, quòd portio ca[...]
quæ aquam concepit, caleat, altera minimè. [...]
ceo nunc, quando tota calx madet, simul &[...]
lorem egressurum, si vera esset illa opinio, c[...]
tra quam tamen experientia loquitur. Tu[...]
mentationem quidem benè prætendis, nod[...]
tamen non solvis, quâ scilicet de causâ ita e[...]
stuet fermentans ille calcis calor: quod max[...]
erat in quæstione. Nos idipsum paulò pòst [...]
tingemus.

Ad Caput IX. §. CVI.

Ignem proximam esse causam omnis ferm[...]
tationis omniumq;, qui in fermentatione [...]
parent, motuum, rectè profectò statuis. V[...]
enim ignis est omnia isthæc agere. Calor en[...]
congregat ὁμογενῆ & disgregat ἑτερογενῆ: ca[...]
bullas excitat, omnia penetrat, alia attenuat, a[...]
incrassat, alia graviora, alia tenuiora reddit, p[...]
diversâ patientis materiæ naturâ, caloris est g[...]
nerare, caloris est corrumpere.

Neque verò est, quur cum Sennerto n[...]
stro velimus huc arcescere Φύσιν illam ἀν[...]
λογον τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, quæ scilicet non es[...]
gne[...]

eum quid neq; omnino talis quædam vis ta-
is, ſed alia divinior ac principium animatorũ
organicorum corporum. Taceo enim & fer-
ntationes reperiri rerum prorſus inanimata-
n: taceo à ſpiritu vitrioli, ſalis, nitri, tartari ac
iliũ fermẽtari quãplurima: taceo & flavã bilẽ
pituitã nonnunquã fermentari: quid, amabo,
in fermẽtatione cereviſię, muſti, ſerapiorum,
ō calori elementari poſſit referri acceptum?
ur ſine cauſâ confugiendũ & hîc à tactiliũ fa-
tatum vi ad illas ineptias neſcio quorum oc-
torum ſpirituum? Verùm hic fructus eſt Pa-
elſicæ doctrinæ & impudentiſſimi contem-
us tactilium facultatum. Equidem non poſ-
n non indignari, omnem penè vim calori ac
gori calumniis eripi hominum, quibus cum
e perpetua ferè res eſt. Quâ ſcabie & amicum
ſtrum infectum eſſe & miror & doleo. Quid
im abſurdius & quotidiano uſui magis adver-
n, imò quid ad evertenda fundamenta artis
ſtræ & totius naturalis philoſophiæ magis a-
um eo, quod ille nunc ſenex ſolet docere; *ca-
em non poſſe aliud quàm calefacere*?

Eſt autem tua illa philoſophia ut rectior
& maximis magiſtris conſentanea. Diſertè
iſtoteles noſter *l.* 3. *de gen. an. c.* 4. ubi cauſam
quirit quæ ova piſcium exigua ſubitò in eam
olem extendit. ἡ δὲ, inquit, τῶν ὠῶν αὔξησις ὁμοία
ς σκωλήκων ἐστί. καὶ γὰρ τὰ σκωληκοτοκοῦντα τῶν ζώων
κρὸν ἀποτίκτει τὸ πρῶτον. τοῦτο δ' αὐξάνεται δι' αὐτοῦ,
ὶ οὐ διὰ προσφύσιν οὐδεμίαν. τὸ δ' αἴτιον παραπ-
λησίως ὅπερ ἐπὶ τῆς ζύμης. καὶ γὰρ ἡ ζύμη ἐκ μι-

κρέας μεγάλη γίνεται, τοῦ μὲν στερεωτέρου ὑγραινομ[...] τοῦ δ' ὑγροῦ πνευματουμένου. δημιουργεῖ δὲ τοῦτο ἡ τοῦ χυμοῦ θερμοῦ φύσις ἐν τοῖς ζώοις. ἐν δὲ τῆς ζύμαις [...] χυμοῦ τοῦ συγκραθέντος θερμότης. αὐξάνεται μὲν [...] τὰ ᾠὰ ἐξ ἀνάγκης μὲν διὰ ταύτην αἰτίαν. ἔχει [...] περίττωμα ζυμῶδες. Theodorus ita vertit: *In[...] mentum ovi simile vermibus est. Animalia enim,* [...] *vermen pariunt, primò exiguum edunt, quod per s[...] getur sine ullo annexu. Causa similis, ut in farinâ[...] actâ humore. Fit enim massa ex parvâ magna,* [...] *solidiore humescente, humidâ spirascente, quod in [...] malibus natura caloris animalis facit, in massa* [...] *permisti humoris. Augentur igitur ova necessari[...] causâ: habent enim excrementum massale.* Hæc [...] stoteles. De nive his verbis loquitur Theoph[...] stus *l.2.de caus. plantar. c.2.* ἅμα τε καὶ τὴν γῆν [...] ζυμοῖ. συγκατακλείουσα καὶ ἐναπολαμβάνουσα τὸ [...] μόν. Ita enim legendum non casu accusat[...] quem habet editio Bataviæ, ut sensus sit: *simu[...] terram fermentat nix calorem concludens & coerc[...]* Scilicet hoc etiam auctore fermentationis ca[...] est calor. Docet idem Galenus *l.4. simpl.c.11.* [...] piget etiam eius verba adscribere: *mustum [...] suo modò sed & acquisitio calore dulce esse videtur, n[...] tum enim* ἐμπυρεύματος *ex solari calore tum a[...] tum aliis fructibus inest &c.* Nam *ex quibuscum[...] pomis si succum exprimas, tum protenus non secus [...] mustum deprehendas fervere: tanto tamen fervoris [...] crimine, quanta erit vnius fructus ab alio in calore [...] versitas. Sed vbi iam quod aquosum ac semicoctum [...] transmutatum fuerit atq; confectum, & is, qui fer[...] rem concitabat, calor evanuerit, iam tum denique [...]*

propt[...]

ropriæ ſuccorum proprietates ſincerè conſpiciuntur. In andem ſententiam ſcribit l. 4. de uſu part. c. 3. *it itaq; vinum aliquod nuper ex uvis expreſſum ſed in-eſum in dolia, ab innataque caliditate adhuc elabore-ur ac ferveat.* Alios non adducam: neque enim ttinet.

Ad § CIIX.

Meritò conaris cauſam inveſtigare eius problematis, quur præ dulcibus, acribus, amaris, ſalſis aliisq; ſapidis ſuccis acida polleant fermentandi facultate: quum ſcilicet fermentatio t à calore, dulcia autem, acria, amara, ſalſa caeant inſigniter, non minus atq; acida, ſi non mais. Tua reſponſio duo ponit: primum, ad id ut quid fermentetur, requiri ut materia, quæ fermentatur, partim rarefiat, partim conſtipetur: ecundum, attenuandi illam cogendiq; facultaem ineſſe acidis. Cæterùm prius illud neq; experientiâ neque ratione nobis eſt compertum. anè in quibusdam fermentationibus alia attenuari alia incraſſari verum eſt, ſed neque omnibus id commune, neque niſi per accidens ſolet contingere. Quod ſecundum attinet, poſſunt anè utrumque acida, poteſt autem idem omnis gnis: neque cogendi facultas illa in acidis eſt à errâ, ſed itidem à calore, aut per accidens ab exinctione caloris:

Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit
Vno eodemq; igni.

Ad hoc, poſitis illis duobus tuis placitis, erè conſequeretur, ſola acida fermentandi vi

esse prædita: Te enim auctore, sola illa duab[illegible] illis facultatibus valent, & tamen ad omne[illegible] fermentationem isthæc duo necessaria sunt. Ia[illegible] tum suprà verò rectè docuisti, minimè solis a[illegible] dis fermentandi potestatem inditam.

An verior causa est, quòd acida præ aliis [illegible] lis facilè incalescant, simulque suo calore in co[illegible] pora apta potentiùs reliquis valeant agere? [illegible] trum sanè docet nos experientia. Possunt eni[illegible] acida ipsos lapides & metalla solvere, quod r[illegible] liquorum nullum potest: dulcia verò & pingu[illegible] haud difficulter quidem incalescunt atque se[illegible] sibiliter æstuant, alunt tamen levem calorem n[illegible] ita validum. De horum causis nonnihil pau[illegible] post erit differendum. Non obscurum autem e[illegible] intellectu, illis positis non posse non acida p[illegible] aliis fermentandi esse facultate prædita: quip[illegible] cum fermentatio sit motus corporum à calo[illegible] potente ac penetrante ortus.

Ad § CIX.

Calorem, quo fit fermentatio, connatum es[illegible] oportere, nescio an ullâ verosimili coll[illegible] ctione possis probare. Equidem dixerim potiu[illegible] vel rarò vel nunquã esse actu connatũ. Certè il[illegible] calor acidorum sensibilis, quo fit fermentati[illegible] ille calor calcis vivæ aliiq; , excitantur demum[illegible] quando ipsa fermentatio instituitur: ante no[illegible] nisi potentiâ adfuisse, sensu tactûs edocemu[illegible] Galenus quoque noster calorem, quo mustum[illegible] alijque fructuum succi fervescunt, observavi[illegible] ἐμπύρευμα esse solaris caloris. Ipse infra comma[illegible]

te 12: [illegible]

e 122 in hæc verba loqueris : *Adijce nunc & hoc, liam ignis fermẽtifici rationem esse in mixtione, aliam n mistis; illic innascendum adesse, hîc inesse innatum.* Quo liquet etiam te auctore non omnem illum alorem esse innatum. An voluisti *innati* voce *internum* significare? Videris sanè: opponis enim nnato externum: quum tamen rectè & accuratè loquendo non omne quod inest rei eidem & nnatum sit, utpote quum multa producantur in e aliquâ iam natâ per causam externam: nonnunquam tamen voces illæ, fateor, promiscuè usurpantur. Cæterùm ab interno calore rerum ermentantium esse fermentationem, externum verò non nisi adiuvare excitando & producendo internum omnino concedendum. Namq; & usus id probat, & confirmat doctrina illa aurea Aristotelis de generatione, concoctione, maturatione rerum: qua de re alibi.

Ad §. CXI.

CAlcem vivam calore ab externo igne excitato calere, constans fuit veterum opinio: Tu cum paucis recentioribus id negas; sed, quãtum puto, contra sensum. Si enim ab adustione non est profectus ille calor, nec productus de novo, utique necessum est illum adfuisse actu in calce crudâ: verum illud sensui tactûs adversatur & oculis nostris: pateretur enim idem ab aliquà lapis calcarius, quod patitur calx viva. Sed de gypso Phœniciâ quidem id prodidit Theophrastus: lapidis autem calcarii nostratis naturam longè esse aliam, constat. Nec tamen dixerim, i-

ignem illum calcis vivæ forinſecus in calcem
inſinuâſſe: quomodo multi credunt de om
empyreumate. Etenim mihi fit probabile, lap
dem omnem calcarium præditum eſſe mul
partibus valdè idoneis in ignem commutari, ea
autem ab igne externo comutatas aliquas qu
dem in aduſtione expirâſſe, aliquas verò relict
ſuperſtites, ſed quæ non niſi initium igneæ natu
ræ conceperunt. Earum partium potentiâ ign
arum argumentum capio à flammis attritu lap
dum naſcentibus. Non enim illæ ſunt ex aëre
ceu multi putant: aër enim in ignem quidem
flammam tamen mutari nequit; quippe cum
flamma ſit fumus ardens, aër autem non ſit fu
mus. Certè quò magis incaleſcit aër, eò magis a
tenuatur, adeoque eò minùs lucet. Nihil enim
lucet quod non habeat craſſitiem aliquam. Ig
tur attritu aliquid ex ipſis lapidibus exprimitu
quod motu illo incaleſcit & in flammam abit
adeoque in crudis illis lapidibus eſt aliquid va
dè aptum ut in ignem commutetur. Quæ natu
ra omnibus igniariis eſt communis. Nonnulla
ſed præ multis mendis obſcura, quæ huc faciar
habet Theophraſtus *l. de igne:* ſed nolo iis addu
cendis tempus terere. Idem *l. de cauſis plant. c.* 21
contra Meneſtorem diſputans, qui aquatile
plantas calidiſſimas pronunciaverat, fatetur i
lignis quę præbent, more olim recepto, igniaria
eſſe humidum aliquod aptum attritu in aërem
(rectius, in flammam) converti.

Verùm admiſſis ijs quæ diximus, nihil eſ
facilius, amice, quàm tuis obiectionibus reſpon
dere

dere. Quæris quur ignis idem vestigium non sit in calce, quæ ex conchyliis conficitur? Respondeo, quia in conchyliis illis non sunt multæ adeò partes combustiles atque in lapidibus, ut post ustionem quædam possint superesse; sed in ipsa ustione omnes expiraverunt: alioquin verò in conchyliis, ut & in corallis, margaritis, oculis cancri, matre perlarum præter aquam oleum aliquod esse combustile, minore licèt copiâ, tibi per chemica experimenta est notissimum. Quæris, cum calx ex consiliis æquè habeat formam calcis, atq; illa altera ex lapidibus, cur non & illud adsit idq; formâ consequitur? Resp. non pertinere ad calcis formã aut essentiã illum superstitem ignem: alioquin n. calx exstincta nõ esset calx. Quod ultimum obiicis, iam expositum est.

Ad §. CXII.

Quod hoc loco attingis, omnium in toto hoc negocio occurrentium, nî fallor, difficillimum est expeditu: quî nimirum fiat, ut calx affusâ aquâ, ut salia plantarum acetis metallicis affusis, ut ferrum & butyrum antimonij cum liquoribus stygijs commista, adeò effervescant. Simile verò quidpiam & in plurimis alijs reperitur, modò animum advertamus. Etenim ex. gr. semina quoque plantarum humore madefacta incalescunt. Plurima etiam ore assumpta incipiunt corpori nostro majorem justo calorem inducere, quum tamen ipsi sensus nullum ante calorem objicerent, & calor nostri corporis longè esset minor. Eodem modo venena quæ-

quædam & ſimilia, etſi ante non admodum eſſent reapſe calida, corpus noſtrum quaſi accendunt. Quin & ſponte ſuâ certum eſt humores corporis noſtri efferveſcere ſæpenumero in febribus, in tumoribus præter naturam, & aliàs; quum tamen nihil adſit æquè calidum, unde ille fervor poſſit proficiſci. Mitto alia.

Non ſine injuriâ verò relinquis heîc lectorem tuum ſuſpenſum, quum tamen, quo vales ingenij acumine, multorum deſiderium haud difficulter implevisses, ſi vires libuiſſet intendere. Neque verò ſympathias & antipathias vocabulis rem exponis; omnia nempe ſimilia συμπαθȣσι omnia contraria ἀντιπατȣσι; nec tamen vel ſimilia omnia à ſimilibus, vel contraria à contrarijs in fervorem hujuſmodi atque æſtum exagitantur. Diſtinctiùs itaque debueras docere, quodnam diſſidium aut quæ rerum concordia æſtum illum excitet, & quomodo.

Sennertus noſter *cap.19. libri de conſenſu & diſſenſu chym.* ubi de nitro varia adducit exempla, ut arbitratur, *ſingularis antipathias inter ignem & nitrum, ignem & aquam, nitrum & ſulphur cùm vulgare* (verba ejus ſunt) *tùm metallorum ac mineralium, interque ſpiritum inde confectum, ut & alios ſpiritus acidos metallorum, imò inter ſulphur & ſalia:* ejuſmodi verò inter illa omnia eſſe diſſidium, ut alterum alteriùs præſentiam fugiat: hinc comoveri calorem, æſtum, nonnunquam & latam flam̃am. Itaque hic paulò explicatiùs antipatheias iſtius ſuæ naturam nos docet: Scilicet fugere & fugare ſe invicem iſthæc diſſidentia, atque

que ab illo motu inimica illa corpora incalescere. Verùm enimverò jam supra à nobis est ostensum, calcem quidem vivam, quã & ipsam in exemplum adducit, hujusmodi ignis motu neutiquam incalescere. Quod autem ibi usurpavimus, argumentum idem valet, & in ijs omnibus, quæ à Sennerto adducuntur. Etenim si oleum, butyrum, vel vernix accensa effervescerent ob fugam aquæ affusæ, non sursum sed deorsum, aut ad latera potiùs flamã commoveretur: summum scilicet aqua affusa occupat, ignis itaque fugiens in contrariã partẽ sese reciperet. Par ratio est reliquorum. Ad hoc verò neque in butyro antimoniali, neque in spiritu nitri, neque in limaturâ chalybis vel ferri, neque in spiritu vitrioli, neque in sale tartari alijsque seorsim positis, tantus actu jam ante adfuit ignis, quantus post mistionem sensu deprehenditur: pòst enim nullæ non partes etiam minimæ exæstuant & summè calent, ante tactu nullum ejusmodi licuit calorem deprehendere. Si verò actu iste ignis non adfuit, non utique hæc caloris vis est à fugâ quadam ignis, sed de novo est excitata de materiæ potentiâ: Quod invisum est Sennerto nostro, quem in Anaxagoræ placita per esse pronum constat. Taceo nunc, Sennertum pro sententia suâ nihil adferre, quo vel in speciem illa probetur. Neque etiam patet illius vis consequentiæ: *calx ex gr. affusâ aquâ æstuat, ergo ignis in calce delitescens fugit aquam.* Taceo etiam, levia sursum, gravia deorsum moveri, sen-

sibus

ſibus patere; fugam autem illam ſenſibus minimè eſſe conſpicuam: quod tamen eſſe deberet; cum ſit Sennerto principium demonſtrationis.

Sed linquamus Sennertum. Multò minus verò rem expedit Franciſcus Valleſius *l.*1.*controv.* 12. ubi illud agitat, quare medicamenta nonnulla calida in actum à noſtro calore deducta ipſum illum noſtrum calorem vi & gradu quodam exſuperent. Confugit enim ad peculiarem diſpoſitionem rei incaleſcentis: quod eſt docendo nihil docere.

Elegantiora ſunt & maiori digna laude, ſaltim ob conatum inſignem docendi rem abditã, quæ habet Andræas Cæſalpinus *l.*1.*quæſt.med.* 3. itidem de medicamentorum calore verba faciens. Verba eius ita ſe habent: *Sed qui fieri poßit ut à miti calore animalis, qui in homine temperatus eſt, medicamenta calefacta calidiora reddantur, quàm animal, adeò ut quædam etiam urant, dubitationem non mediocrem affert. An in motu naturali non eſt abſurdum, id quod movetur amplius moveri, quàm movens moveat? impetus enim naturalis, quæ natura eſt, ſufficiens eſt principium ad tantum motum perficiendum, quantus eſt impetus, poſtquam à movente externo moveri cœperit, ut in gravibus & levibus patet: pro maiori enim gravitate & levitate motus fit velocior & tardior. Idem contingit in alteratione naturali elementorum. Aqua enim calefacta, ſi ab ambiente refrigerari incipiat, ad tantam frigiditatem ex naturâ ſuâ veniet, quãtus eſt eius impetus, non quanta fuerit ambientis frigiditas, & combuſtibilia concepta aliquâ caliditate externâ, ig-*

â, ignem concipiunt secundum naturam propensionis ut minus. In motu autem violento contrario modo se abet : tantus enim fit motus, quanta est potentia effientis ultrà quam impoßibile est moveri, cum in patien- nullus sit impetus ad talem motum, ut patet in proie- is, & in calefactione aquæ : cum enim ei sit præter na- uram calefactio, tantum, & eousque calefiet, quantus ierit, & quandiu perseveraverit ignis, Medicamenta itur potestate calida ab eodem calore animalis ad suum ctum reducuntur pro naturâ eorum ; non secundum ensuram calefacientis. Hæc ille. Liceat autem forassis hoc modo omne hoc problema solvere, uod nunc agitamus de æstu fermentantium reum: scilicet aut per antiperistasin, aut ab extero calore, aut per remotionem alicuius obstauli ignem illorum corporum leviter augeri, ipmmet verò ulteriùs sese promovere suapte ponte propriaq; virtute. Cæterùm, etsi hæc ipsa ongè sint verisimiliora & doctiora prioribus iis sententiis, metuo tamen admodum ut sint era. Ab Aristotelis certè philosophiâ plurimum beunt : quod miror non observatum Cæsalpio, Peripati maximè studioso. Aristotelis quipe constans est sententia, omne agens ab eo uod patitur re distingui, omnemve agendi poentiam principium esse transmutandi aliud in uantum est aliud ; & verò productionem illam uam per emanationem vocant, primò à Platoicis mox & à plerisq; scholasticis Theologis reeptam, omnis eius philosophia repudiat.

Sed non est hujus loci adeò difficilem nunc ubitationem aggredi : potiùs tentabimus solvere

vere problema noſtrum leviore quadam & m nùs impeditâ ratione, hunc in modum. Om novus ignis, aut calor & effectricem aliquam materialem cauſam habet, eamque proxim quidem naturalem, non rationalem, adeoq ejuſcemodi, quę effectum producant, ſi quam nihil eſt impedimento; quod eſt omni cauſæ n turaliter, non liberè agenti, proprium. Igit quum in fermentatione novus caloris gradus riatur; neceſſum eſt aut effectricem aut ma rialem cauſam, quæ ante non aderat, acceſſiſ aut certè ſublatum eſſe obſtaculum, quod pr ductionem prohibeat. Neque verò præter h quidquam huc pertinere poteſt, quum nihil a ud ad producendum effectum aliquem natur lem ſit neceſſarium. Et verò quando & aliâs c lor citrà fermentationem, increſcit aut novus gnis excitatur, aliquid horum trium conting nunc per ſe nunc per accidens. Ita exiguus ign vehementer increſcit, ſive quòd materia in fl mam abire aptæ alimentum ſuppeditetur; ſi quòd aliunde accedente igne materia, quæ a eſt, promptiùs tranſmutetur, ſive deniq; remo veantur impedimenta. Ad quem ultimum ord nem ſanè pertinet ventorum afflatus, qui ſc conniventia corporum ſpiracula aperiunt, u de igni in nutrimentum ſuum via expeditur.

Quamquam verò haud difficile fuerit omn quod de ignis incremento exploratum hab mus, in ſuas cauſas juxta tres hoſce ordines r ferre; quoniam tamen propoſito id minim conveniat, & pleraque jam à Theophraſto ſi

præce

præcepta, nunc quidem hoc ipſum minimè tangemus. Quomodo nec illud quidem nunc agitabimus, an creſcens ignis augmentum capiat ſecundum quantitatem ſolam, an verò & ſecundum qualitatem. Scilicet quum levis ſcintilla in immenſam abit flammam, quantitatem quidem ſeu molem ignis augeri, nemini poteſt eſſe dubium; nec dubium eſt augeri calefaciendi vim: attamen quum hæc creſcere poſſit, etiamſi ſola quantitas augeatur, (quomodo in comperto eſt pluribus ex. grat. ad unum funem trahendum coëuntibus vim tractricem plurimùm roborari) quumque multa alia heîc perobſcura occurrant, haud adeò clarè cui liqueat, an ipſe calor majores gradus fecerit & qualitate ſuâ non minùs atque mole increverit. Ne hoc quidem, ajo, nunc agitabimus; altioris enim eſt indaginis hæc queſtio, nec hujus loci, ſed ejus, ubi de omni alteratione differendum.

Cæterùm horum trium modorum aliquo exæſtuare aut certè creſcere in ſolito maius ignem corporum quæ fermentantur, per omnia exempla oſtendere majus fortè operæ fuerit pretium. Eſt autem & ille campus amplior quàm ut nunc eum liceat ingredi. Fortè igitur ſatis officio fecerimus, ſi uno alteroque exemplo contenti rem colluſtremus. Exæſtuâtionem igitur calcis vivæ à liquore affuſo quod attinet, exiſtimandum eſt fieri illam, quòd latens in calce ab uſtione ſuperans ignis, liquore affuſo materiam accipiat novi ignis generandi. Scilicet etſi aqua, ſi multa ſit, ignem potiùs extinguat quàm accendat, ſi ta-

men justa sit inter ignem & aquam proport
non minùs solet aqua ignem alere quàm ole
aut pingue aliquid. Notum hoc est offici
fabrorum ferrarijs, imò notum vulgo est cu
nis. In calce verò esse superstites ignis reliqu
quæ Aristoteli solent ἐμπυρεύματα dici, jam a
est ostensum.

Quæ verò calcis vivæ ratio est eadem vi
tur obtinere etiam de salium botanicorum &
cidorum liquorum mineralium æstuatione; i
non aliam ob causam videtur & butyrum an
monii ita excandescere. Nam & in his mult
est actualis ignis; quare pleraque eorum vim
pticam habent: Hic verò cum liquidum
quod adijcitur iustâ proportione servatâ,
quasi oleum igni affundas. Non mirum verò
non à quovis liquore isthæc effici, quum con
non à quovis quodlibet pati, & fugiat nos iu
illius proportionis inter latentem ignem &
quorem momentum, cum vero non quivis
quor per omnia aptus sit penetrare, ad actione
verò passionemque requiratur agentis patie
tisq; mutua coniunctio; Hanc causam exæstu
tionis in calce & nitro ustis, in gypso Phœni
crudâ iam ante hos bis mille annos vidit persp
cacissimi vir ingenij Theophrastus, eamque e
ganter prodidit *l. de igne.* Fortè haud abs re fue
viri maximi ipsa verba adferre, saltem ut illa ve
tit doctissimus Furlanus, quòd scripta istius pr
clarissimi auctoris, malò eruditionis fato, in pau
corum hodie manibus versentur. *Cum aute*
absq; humore ex exhalatione calor non fit, idcirco cal
infus

nfusa aqua magis urit quàm sola: nam ea materia est eliquiis ign velut lucernæ. Neque verò id facit vel ve- us nimium l minuta, sed nō pridem cocta, & glebosa i llam diutur as temporis respiratione difflavit, & mi- uta paulū a odum ignis habet, ac proinde imbecillis. dem etiam in hœniciâ gypso evenire prædicant. Nam um subigitur ere narrant: nihil enim refert, nativus : an adventi & oblatus sit calor. Nitrum quoque tum talem qdammodo dum effoditur potestatem si- ificat: infusa nippe calida calefacit, & tactui sensum fert. Semper item in omnibus istis temperamento a- uo est opus, ut peretur humor. Nam hac de causa vi- m quoque ign superfusum, velut à libantibus, flagrat, mare cū restinqunt: sed & aqua si pauca sit. Coactus m & coacervatus ignis evaluer. Sed in pice, quæ cre- tur, multo magis ista eveniunt: propterea quòd flam- & præceps magis est, & maior vt exiat, & ædifi- comburat: quicquid enim incidit exuperatum extenuatum inflammatur: quo ignescente flam- crepitat, calore & humore pugnantibus. Hæc germanus Aristotelis discipulus & æmulus. orsùs autem idem & Galenus noster, qui va- ingenii acrimoniâ, vidit. Quum enim *l. de .differ*: ad hecticæ febris naturam exponen- m attulisset exemplum calcis vivæ ab aquâ alescentis, fieri id scribit τρεφομένης ὡς ἔοικε ῆς ἀυχμώδους ἑαυτῆς θερμασίας ὑπὸ τῆς ὑγ- ρᾶς οὐσίας, h.e. *calcis vaporosâ caliditate ab humido nutritâ.*

Ad §. CXIV.

Igni figuram pyramidalem propriam esse, ha... possum tibi concedere, ô optime um lon... robustissimis argumentis ab Aristot. nostro... *l.3.de cœlo* demonstratum, primis simplicibus c... poribus nullam esse certam figuram. Et verò ... ramis illa quem fingit flamma, ab iâ longè... causâ, quam nemo rectiùs exposuit Theoph... sto in illo nunquam satis laudato bello *de ig*... Nec crediderim eam esse rationem rotundit... in bullis conspicuæ quam tu adfers. In rebu... nim naturalibus affectum exprimere sem... materiæ potius naturam quàm efficientis ... longe falsissimum & usui communi advers... Ecquid etiam probabile habet doctissimi M... curialis commentum? si ventus enim erump... rentur, superior bullæ pars acuminabitur: sur... quippe potiùs natura non deorsum, non ac... tera niti... evadere ventus. Ut meam sen... tiam promam, credo rotunditatem illam ... ab aquæ aërem ambientis gravitate inge... quâ tendit ad centrum proprium. Scilic. un... quodque corpus grave proprium aliquod ... rum habet suæ gravitatis: id verò in liquid... nihil impediat, solet idem esse cum centro ... gnitudinis, prout primus (quod sciam apu... ristotelem certè hac de re nihil legas) do... Archimedes. Igitur quemadmodum aqua e... aliàs, dum undique æqualiter contrahit se... centrum propriæ gravitatis, rotundam ac... figuram illo gravitatis centro cum ma... tudinis centro coincidente, ceu liquet in gu...

a quando aërem comprehendit, in rotun-
um corpus coit, quod bullam appellamus.
Ita ad centrum contractionem verosimile est
aum etiam esse, quare crystalli hexagonâ nas-
aur figurâ, imo & nix sexangula sit. Cum enim
, possit rotunditas exacta acquiri propter
teriæ ineptitudinem, acquiritur in quantum
i potest. Simile verò contingit & in adaman-
liisque gemmis pellucidis plurimis, nec non
gypso, hæmatite, in multis salibus, in saccharo
ido, in tartari crystallis quæ appellantur ac si-
libus. Perleganter in hanc sententiam disserit
dreas Cæsalpinus *l. 2. de metallis c. 19.* operosè
rò de centro gravitatis non adeò pridem scri-
t Lucas Valerius mathematicus Romanus.

Ad §. CXVII. CXVIII.
CXIX. CXX.

Gnes fatui in sepulcris apparent etiam iis, quæ
calcem nullam acceperunt: accensio tamen il-
haud dubiè fit uno aliquo modorũ istorum,
uibus calor solet incandescere. Eiusdem verò
otæ est omnium igneorum meteorum genera-
o, quam adeò luculenter expositam reliquit
ristoteles noster *l. 1. meteor.* Cum eo, quod fœ-
um nonnunquam patitur, prorsus idem est
uod de fimo exæstuante narrat Galenus *l. 5 de
empor.* Quur verò in dubium vocãdum sit, quod
n epistolâ ad Iudæos Ægyptios legitur, de igne
acro occultato, non video: imò religio mihi est,
lius libri olim in Ecclesiis legi soliti, historijs fi-
lem temerè denegare. Non crediderim verò na-

turali vi suscitatum denuò illum ignem uoc...
nam enim exemplum mihi des simile? ce... no...
nisi divino miraculo ignis in crassum liq...
potuit conuerti. Malim tecum dubitare ...
ignium perpetuorum. Legi huius argu...
multa; sed hactenus, fateor, non potui pe...
deri.

Ad §. CXXXII.

EXiis, quę supra disputavi, satis patet quid...
tiendum de tua Fermentationis definitio...
ideoq; non est quur vel verbum addam. Gal...
nostrum fateor inconstantiùs docuisse aceti...
turam: quod verò ipsimet tibi in Fermentatio...
negotio videtur maximum, nempe ab igne co...
nem illum motum esse, id profectò illum nō...
tuit, sed dudum ab illo monitum, placet tant...
duo illustria testimonia ex scriptis maximi ill...
magistri in medium adducere. *Libro* 4. *de usu p...*
*c.*3. *Sit itaque*, inquit, *vinum aliquod nuper quidem...*
uvis expressum sed infusum in dolia, ab innataque ca...
ditate adhuc elaboretur ac ferveat. *Audin musti ...*
mentationem ab innatâ esse *caliditate*? Non mir...
clara sunt quæ habentur *l.* 4. *de simpl. medicam.*
cult. c. 11. de eadem musti fermentatione. *Must...*
non suo modò sed & adquisitio calore dulce esse videt...
multum enim ἐμπυρεύματος *ex solari calore tum a...*
nis tum aliis inest fructibus. Nam ex quibuscunque pom...
si succum exprimas, eum protinus non secus atq...
mustum deprehendes fervere: tanto tamen fervoris d...
crimine, quanta erit unius fructus ab alio in calore ...
versitas. Sed ubi iam quod aquosum ac semicoctum er...

stat...

ansmutatum fuerit atque confectum, & is qui fervo-m concitabat calor evanuerit, jam tum deniq; quæ pro-ia succorum proprietates, sinceræ conspiciuntur. Gale- igitur sententiam in præcipuis prorsus tecum cere equidem asserere non dubitem. Aristote-s certè adeò perspicuè paucis verbis omnem ermentationis naturam expressit, ut nihil ossis meritò desiderare. Quum *l.3. de gen. ani-al. c.4.* de animalibus quę vermem pariunt, dis-ruisset, vermem illum nulla foris factâ adie-tione crescere, addit, τὸ δὲ αἴτιον παραπλησίως περ ἐπὶ τῆς ζύμης. καὶ γὰρ ἡ ζύμη ἐκ μικρῆς μεγάλη νέται τοῦ μὲν στερεωτέρου ὑγραινομένου, τοῦ δὲ ὑγροῦ νευματουμένου. δημιουργεῖ δὲ τοῦτο ἡ τοῦ ψυχικοῦ θερμοῦ ύσις ἐν τοῖς ζώοις. ἐν δὲ ταῖς ζύμαις ἡ τοῦ χυμοῦ τοῦ συγ-ραθέντος δερμότης. αὐξάνεται μὲν οὖν τὰ σα ἐξ νάγκης μὲν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. ἔχει γὰρ πλείστω-α ζυμῶδες. Audimus hîc, quid fiat in fermenta-one intumescere scil. quæ fermentantur, cum rrea & solida humectantur, liquida & aquosa spiritum resolvuntur. Audimus quæ horum sit causa; calor nempe comprehensus.

Quæ penè est summa totius tuæ doctrinæ.

FINIS.




DANIELIS SENNERTI

ad

ANTHON. GVNTHER BILLICHIUM

Epistola.

Sal. & officia.



EMPER novum suspectu[m] fuit, Vir Clar. & Excell. Do[mine] & Amice honorandi[ssime,] antiquum verò laudatum fu[it.] Sed an jure semper, dubito. Nam quod nobis antiquum, olim novum fui[t.] Ideoque non tempore, sed rationibus o[pi]niones affirmandæ sunt, eæq; verissi[]mæ habendæ, quæ cū Naturâ, quæ anti[]quissima est, consentiunt. Quapropt[er] nō est quòd me tuobtrectationum à tu[o] proposito te absterreri patiaris. Mul[ta] adhuc in naturâ explicanda restant, [et] plurima in eâ ita obscura sunt, ut mag[] etia[m]

tiam viri pleraque vix definire ausi sint, ed gravissimas quæstiones in proble-nata rejecerint. Quòd verò hunc ho-norem mihi exhibes, & doctissimum uum de Fermentatione Platonicâ tra-ctatum legendum mittis, id amicitiæ po-iùs do, quàm ut existimem, Te putare, um meo consilio meliorem fieri posse. Ne tamen voluntati tuæ deesse videar, pauca quædam liberè, pro amicitiâ no-strâ monebo. Primò mallem, inscri-ptionem esse, de Fermentatione simpli-citer, quàm de Fermentatione Platoni-câ. Etsi enim Plato forsan de hisce co-gitandi ansam tibi dederit, tamen & Hippocrates nomen ac rem habet: ne-que in omnibus Platoni assentiris. De-inde de ipsâ Fermentationis ratione am-plius cogitandum puto. Equidem scio, hoc nomen multis rebus vulgò tribui, sed an omnibus συνωνύμως, dubito. Et-enim ebullitio illa, quam passim allegas, quæ fit in calce vivâ, cùm ei aqua affun-ditur, in butyro Antimonij, in solutioni-bus metallorum per spiritus & aquas fortes, tartaro vitriolato & similibus, e-quidem ebullitiones & ζέσεις ac effervescentiæ sunt, seu fiant à sympathiâ seu an-

tipathiâ, de quo ipse thesi 112. dubitas: an
verò propriè fermentationes sint, & ejus
generis cum eâ, quæ fit in musto, cerevi-
siâ, succis fructuum alijs, digestionibus
chymicis, coctionibus cibi & humorum
in nostro corpore omnino amplius co-
gitandum. Illam ebullitionem, quæ fit
in calce vivâ, fieri ratione antipathiæ
planum esse existimo, cum ignis aquam
ut hostem suum infensissimum fugiat.
Quod an etiam fiat in calce è conchy-
lijs marinis, si recentes sint ab ustione,
inquiras velim, & de eo me certiorē fa-
cias. Nam & calx, quæ fit ex lapidibus,
si in aëre humido diutius asservetur & i-
gnis ille sensim evolet (wann sich der Kalck
selber leschet / ut nostri loquuntur) nullam
ebullitionem excitat, etsi ipsi aqua af-
fundatur. Neque etiam quævis rei atte-
nuatio & rarefactio propriè fermenta-
tio est: Hinc spiritus vini in vitro clauso
ad radios solis ita attenuatur & rarefit,
ut etiam vitrum rumpat: aut cum è li-
gno viridi aqua cum strepitu exsudat,
fermentationem non dixero. Longè a-
liter sese res habet in fermentatione,
quā ita propriè dici puto, quę fit, ut dictū
in musto, cerevisiâ, pane, humorib. Hæ
enim

nim fermentationes omnes coctiones
sunt , quarum finis est,ut res spiritue-
cant, ut sic dicam(unde ex musto , an-
equam effervescit , spiritus non elici-
ur.) An verò alter finis, qui est in tar-
aream naturam & acetum mutatio , à
aturâ intendatur, Tibi cogitandum re-
inquo. Equidem acetum putredine
non fieri, facilè concedo: an verò aliqua
ei corruptio sit , dum ex vino fit ace-
um, perpendendum est. Si cum Chy-
nicis loquendum , in priore fermenta-
ione fit fixum volatile, in posteriore vo-
atile fit fixum; unde in destillatione vi-
ni spiritus præcedit, sequitur phlegma:
n destillatione aceti phlegma præcedit,
sequitur spiritus. Præterea & illud con-
sideratione dignum, quidnam sit πρῶτον
δεκτικὸν fermentationis. Ergo ad simplicia
elementa id extendendum non censeo,
sed mistorum propriè esse fermentatio-
nem existimo, & quidem non omnium,
sed viventium, aut eorum, quæ ex viven-
tibus provenerunt: & causam efficien-
tem non esse simplicem ignem, sed spiri-
tum, qui est in rebus , quemq; Aristote-
les ἀνάλογον τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ nominat. Id
quod ipse indigitare videris thesi 67. ubi
liquo-

liquorem igneum(rectiùs quàm ignem ipsissimam vini substantiam esse dici à quo etiam omnis fermentatio dependet. Neque ita simpliciter Zabarelli sententiam reijciendam puto, dum calorem elementarem & vitalem distinguit: quamquam rectiùs dixisset calidum elementare, & calidum vitale. Non enim hîc de nudis qualitatibus sed substantijs quæstio est. Et calidum illud vitale & animale nihil aliud est quàm spiritus insitus; qui licèt igneus sit, non tamen simplex ignis est. Quæ substantia cum diversa sit ab animâ, nihil mirum quin & calor ille, qui ab aliâ, quàm animâ, substantiâ fluit, permanere possit in corpore ampliùs non vivo. Anima non est calidum, sed calidum insitum seu spiritus insitus est calidus. Itaque licet vinum animæ expers esse facilè concessero, eundem tamen spiritum in se habet, quem vitis in se habet, ita quidem, ut ἀναλόγως etiam moriantur, & cum vites florent, etiam vinum in dolijs effervescat. Verùm ne noctuas videar, plura non addo, atque oro, ut quæ liberè scripsi, in bonam

par-

tem accipias, & Sennertum tuum amare pergas. Benè vale. Witteberga 24. Octobr. Anno 1638.

Excell. T.

Studiosissimus

Daniel Sennertus.

FINIS.



Emendanda.

pag. 3. lin. 13. *illico.* p. 8. l. 5. *taneâ operâ.* p. 9. l. 2. *salve. Helmast.* p. 11. l. 6. *ἀνατομῆς.* l. 10. *verò est du-bium; non istorum novatorum, qui neq;.* p. 12. l. 2. *οἰδηματώδη.* l. 27. *ζέουσι καὶ.* l. 30. *ἐζυμωμένον.* p. 13. l. 2. *prorrheticis.* l. 23. *equidem Te dist.* p. 14. l. 6. *tellus.* l. 18. *motus.* p. 15. l. 19. *θερμότης.* l. 20. *περιλαμβ ἰνέται.* l. 29. *ζυμῶδες.* p. 16. l. 1. *spiritum.* l. 6. *ovo.* p. 19. l. 2. *per est.* p. 20. l. 29. *animatarum.* p. 21. l. 10. *strictiore.* l. 20. *λεπτομ.* p. 22. l. 21. *aëre* l. p. 23. l. 11. *nequit sine mutat.* l. 21. *connati.* p. 24. l. 4. *Φύσιν* l. 30. *velle,* p. 26. l. 5. *humore constare.* l. 23. *aqua, quæ-dam terra.* l. 30. *ὕδατος.* p. 27. l. 16. *Qui.* l. 18. *ἡ ἀλ-μυρὶς.* l. 20. *κυφότητα.* p. 28. l. 2. *eo ipso.* l. 4. *humor satis* l. 15. *Qui.* l. 22. *tum Spirituum.* p. 29. l. 16. *vo-cum.* l. 21. *tantùm.* l. 26. *generetur,* p. 30. l. 31. *θερμό-τητα.* p. 31. l. 1. *congregatq;* l. 12. *quà vel inter.* l. 31. *aquam.* l. 32. *Ne nunc.* p. 32. l. 29. *stasi est,* ib. *quam multis.* p. 33. l. 19. *aqua affundi.* l. 21. *coquenda.* p. 34. l. 17. *ex seroso.* l. 23. *essentiâ.* p. 35. l. 5. *experimentis:* l. 15. dele illa: *nihil aliud probant, quòd infra vide-bimus.* l. 26. *qualis est.* l. 27. *Sal vini* p. 36. l. 12. *nec tua.* l. 16. *simplicia elem.* l. 19. *novum mistum corpus;* l. 27. *adscititio.* l. 30. *Theophrastus.* p. 37. l. 13. *bene* l. 17. *quę hoc.* l. 21. *juvent.* l. 26. *utroq;* l. 29. *Sunt.* E-*jusm.* ib. *caussâ,* l. 30. *restingui,* l. 31. *dixisset;* p. 38. l. 1. *θερμότι* l. 6. *quam.* l. 15. *fectò.* l. 25. *abunde.* l. 28. dele *il.* p. 39. l. 3. *eò.* l. 10. *vappa scil.* l. 19. *rati quid-quam.* l. 30. *vulgò.* p. 40. l. 7. *interest.* l. 23. *dulcibus demum illis.* p. 41. l. 4. *possent corallia.* l. 18. *acidum,* p. 42. l. 11. *ὧοις,* l. 12. *γεώδες.* l. 23. *per est profectò.* p. 43. l. 2. *crystall.* l. 5. *subsidente,* l. 28. *partis,* p. 44. l. 1. *ne fieri fixione,* l. 23. *caloris,* l. 24. *Est porrò.* p. 45. l. 1.

medici,

medici, l. 16. *urina*, l. 22. λοιπ ξ. l. 24. *magnum* l. 30. *præferas*: p. 46. l. 9. *nec sal, totusq;* l. 15. *necessum non sit*. p. 47. l. 4. Cæterùm. l. 19 *omne*, l. *confieri*, l. 23. *tantùm*. l. 30. *calidâ*, l. 32. *caloris*. p. 48. l. 14. *stres subtiliore*. p. 49. l. 7. *dubium est vocata*. l. 16. *hæ sent*: p. 50. l. 1. *testi*. l. 25 *respondes*. p. 51. l. 1. ἀλεξι. l. 1. *quarundam*. p. 52. l. 28. *natura*: p. 51. l. 23. *annos Theophr*. p. 53. l. 24. *rectior*, l. 31 καὶ ὁ διὰ p. 54. l. 6. περίπτωμα. l. 17. συναπολαμβάνεσθαι. l. 19. *Batava*. l. 24. *acquisito*. p. 56. l. 9. *utrumq;* p. 57. l. 27. *ab aquâ*. p. 58. l. 3. *Etenim*. l. 7. *verò* l. 12. *quidem potest; in* p. 59. l. 4. *ut post unam ustionem*: p. 6. *unâ ustione*. l. 1. *conchyliis*. l. 13. *id quod formam*. l. 29. *ipsi sensui*. p. 60. l. 14. ἐντιπαθοῦσι, p. 61. l. 6. *valet & in* l. 7. *bus ...ua* l. 14. *potentiâ. Quod* l. 28. *Neq; enim patet* p. 64. l. 6. *producat* l. 13. *prohibebat*. l. 16. *aliàs* l. 17. *fermentationem increscit*; l. 20. *mater. a*. p. 66. l. 14. *...is verò* l. 23. *coniunctio. Hant* l. ult. *humore & ex...al*. p. 67. l. 14. *restinguunt*. l. 27. θερμασίας. p. 68. l. 1. *effectum* l. 26 *quod sciam: apud* l. 31. *figuram, illo* p. 69. l. 12. *pereleganter* l. 19. *accensio* l. 21. *meteororum* l. 27. *temper*. l. 26. *Galenus l. 2. de* p. 70. l. 9. *...xiis* l. 16. *monitum placet tantum* l. 18. *magistri ...um supra adducta rursum in medium*. l. 21. aut *din...*, *nusti* fermentationem ab innatâ esse caliditate? (hæc verba aliis literis sunt scribenda) l. p. ...1. l. 16. θερμότης l. 19. *fermentatione: in tum*: p. ...2. l. 17. *me tuo* p. 75. l. 19. *Ego ad* l. 27. ἄσπρον.